5 615
Num.ant. 16
Catalogus
~~Num. ant. 16~~

CATALOGVS NVMISMATVM ANTIQVORVM, ROMANORVM, GRAECORVM, GENTIVMQVE BARBARICARVM,

EX

AVRO, ARGENTO ET AERE, CVM DELECTV, STVDIO ET SVMTIBVS HAVD CONTEMNENDIS COLLECTORVM,

NVNC VERO

POST PRAEMATVRVM OBITVM

BEATI COLLECTORIS,

MICHAEL. TIMOTHEI PFEIFFERI,

LIBERAE S. R. I. CIVITATIS RATISBON. ASSESSORIS QVONDAM MERITISSIMI, REI SALINARIAE EIVSQVE QVAESTVI EXERCENDO PVBLICE ADMOTI,

AMATORIBVS ANTIQVITATVM VNIVERSIM ET IN SOLIDVM VENVM EXPOSITORVM.

RATISBONAE,
IMPENSIS IOAN. LEOPOLDI MONTAGII,
M. D. C. C. LXXIII.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

B. L. S.

Siſtitur Tibi hic, Lector Benevole, catalogus numorum antiquorum, qui tamen, ut ipſemet ex ejus inſpectione dijudicare poteris, tam ob exactam ſollicitamque numiſmatum deſcriptionem, quam ob crebras autorum numiſmaticorum allegationes atque annotationes b. collectoris hinc & inde ſparſas, ad claſſem librorum numiſmaticorum haud infimi ordinis, præſertim vero eorum, qui ad cognitionem tyronum in re numiſmatica adaugendam adprime faciunt, potiori jure referri meretur. In tota numiſmatum collectione, quorum numerus ultra 5600. excrevit, nullum invenies, quod non differat vel capite, vel typo, vel literis, vel earum poſitione &c. Numi enim du-

)(pli,

pli, vel qui ſæpius occurrunt, plures ac 1700. remoti ſeparatim venduntur. Nos equidem minime adfirmamus, hanc numiſmatum congeriem tanta pollere præſtantia ac perfectione, ut cum Cimeliis omnibus numeris abſolutis comparari queat. Abſit a nobis, ut tam inania jactemus, quibus perbene cognitum eſt, hanc ſortem principum facilius, privatorum vero collectionibus rariſſime adfulgere, qui probe novimus, quid defuncti collectoris, hominis ſinguli, privati, ætas, opes, humeri voluerint, quid ferre recuſaverint, qui denique non diſſimulamus, dari hic & illuc in collectione quæſtionis lacunas, quas futuro poſſeſſori faciliori forſan negotio, fundamentis jam jactis, magisque propitio ſucceſſu, ac priori domino contigerat, ſupplendas redintegrandasque relinquimus & peroptamus: interim tamen ab æquis gnarisque rerum æſtumatoribus facile impetrabimus, ut ſententiæ noſtræ adſtipulentur, quando effatam collectionem, in qua plures anecdoti & prope modum quingenti, qui ab autoribus in re numaria verſatiſſimis rariſſimi, rariores aut rari prædicantur, ut de non obviis

viis nihil dicam, inveniuntur numi, omni amatorum antiquitatis æſtimio cenſeamus non eſſe indignam. Typi & epigraphæ numorum omni, qua par eſt, cura & diligentia deſcripti ſunt. Quas enim b. collector inſcriptiones in catalogo manuſcripto ſæpius tanquam dilucide expreſſas incorruptasque ex præconcepta forſan opinione nimioque favore erga ſtudium numiſmaticum propriamque collectionem ductus exhibuit, noſmet ubivis ut pro talibus adgnoſceremus animum inducere non potuimus: ideoque ſæpius contigit, ut derelicta b. collectoris deſcriptione, aliam dederimus, pro re nata veritati magis adcommodatam. Epigrapharum literæ, quas injuria temporis detrivit, ut vix aut ne vix cognoſci queant, lineola ſubducta, quæ vero plane legi nequeunt, vel abſciſſæ vel abruptæ ſunt, minoribus literis, vel etiam punctis - - - hunc in modum notantur. Numi ſubleſtæ fidei aut ficti indicati ſunt ab ipſomet b. collectore.

Si cui igitur rei numariæ antiquæ amatori placitum fuerit, totum hunc numarium apparatum ſibi comparare, is ea de

re vel cum Cl. Domino Hartlaub, Curiæ tutelaris reipublicæ Ratisb. Aſſeſſore & Advocato ord. meritiſſimo, Viro cognitæ probitatis & integritatis, rei numiſmaticæ & præſertim hujus numophylacii vendendi adprime gnaro, ſed de numiſmatibus antiquis in proprios uſus colligendis minime ſollicito, de pretio tractare, vel ſi malit, eandem ob cauſſam Georg. Paul. Pfeiffer, Procuratorem urbis noſtræ ordin. adire poterit. Proſtat dicta ſuppellex antiquaria venalis abhinc usque ad initium Aprilis anni 1774. Termino hoc effluxo, nec invento emtore, numiſmata ſingulatim auctionis lege plus offerenti pro parata pecunia addicentur. Tempus inſtituendæ auctionis publicæ novellæ mature ante ejus initium adnunciabunt; ſicuti etiam inventum emtorem. Ratisbonæ d. 12 Sept. MDCCLXXIII.

Expli-

Explicatio vocum ſpatii lucrandi cauſa in Catalogo præciſarum.

Beg. th. Br.	ſignificat	Begeri theſaurum Brandenburgicum.
Beg. th. D. Cr.	—	Begeri theſaurum Ducis Croyæ.
Beg. th. Pal.	—	Begeri theſaurum Palatinum.
Beg. ad Flor.	—	Beger. ad Florum.
Haym. th. Brit.	—	Haymii theſaurum Britannicum.
Burck. Numoph.	—	Burckhardi Numophylacium.
Cim. Vind.	—	Cimelium Vindobonenſe.
Haverc. ad Par.	—	Havercamp. ad Parutam.
Vaill.	—	Vaillantium.
R. P. Frœl. not elem.	—	Reverendi Patris Frœlich Notitiam elementarem numiſmatum.
Cat. Goth.	—	Catalogum Gothanum.
Havere. ad Mor.	—	Havercampium ad Morellum.
Agn.	—	Agnethler.

Med.	significat	Mediobarbam.	
ex ind. Cavat.	—	ex indice Cavatorta.	
Pol.	—	- - Polatio.	
Pell. Asc.	—	- - Pellegrini Aseanii.	
ex th. Med. Nor.	—	ex thesauroMediceo Norisii.	
- - D. Arsch.	—	- - - Ducis Arschotani.	
- - Theup.	—	- - - Theupoli.	
ex Magnav.	—	ex Magnavacca.	
ex ind. Cosp.	—	ex indice Cospiani.	
Band.	—	Bandurium.	
Arg.	—	Argenteum.	
Subær.	—	Subæratum.	
tinct.	—	tinctum	
Aes.	—	Numum æris maximi moduli.	
æs med.	—	- - æris medii moduli.	
æs m. vel simpliciter æs.	—	- - æris minimi moduli.	
æs Cor.	—	Aes Corinthiacum.	
R.	—	Rarum.	
RR.	—	Rariorem.	
RRR.	—	Rarissimum.	
p. c.	—	probe conservatum.	
o. c.	—	optime conservatum.	

conſ. det.	ſignificat	conſervatione deteriorem priori.
detr.	—	detritum.
abſc.	—	abſciſſum.
paul. mut.	—	pauliſper mutilum.
Cap.	—	Caput.
ad pect.	—	ad pectus.
ad hum.	—	ad humeros.
laur.	—	laureatum
rad.	—	radiatum.
barb.	—	barbatum.
diadem. cinct.	—	diademate cinctum.
palud.	—	paludamentum.
mul. ſtol.	—	mulierem ſtolatam.
ant.	—	anticam.
poſt.	—	poſticam.
epigr.	—	epigraphen.
epigr. int.	—	epigraphen integram.
in ar.	—	in area.
ſiniſt.	—	ſiniſtrorſum.
dextr.	—	dextrorſum.
a ſin.	—	a ſiniſtris.
a dext.	—	a dextris.

lin.

lin.	ſignificat	lineam.
N. vel n.	—	Numerum.
Monogr.	—	Monogramma.
cornu cop.	—	cornu copiæ.
ſignum milit.	—	ſignum militare.
haſtam tranſv.	—	haſtam transverſam.
diff. vel differ.	—	differt vel differunt.
ex muſ.	—	ex muſeo.
deroſ. cet. vel. rel.	—	deroſis ceteris vel reliquis.
notam.	—	notamen.
tent.	—	tentamen.
in ſegm.	—	in ſegmento.

Numiſmata Regum, Virorum Illuſtrium, Vrbium & Inſularum.

PHILIPPVS II. Amyntæ II. filius. Maced. Rex.

Num. 1.

Caput Philippi laur. ad medium collum ſin. ΦΙΛΙΠΠΟΥ, in ſegm. Vir bigis inſiſtens, dextra bacillum l. ſcuticam, læva habenas tenet, equos veloces ſiniſtr. agens. Sub anterior. equorum pedibus tridens expreſſus. Beg. th. Br. p. 233. Paruta tab. 76. n. 29. Index num. Lœſcher N. 1. Numoph. Burkhard. n. 1. Aur. $2\frac{15}{32}$. Duc.

2. Idem. cum fulmine in ar. ſub equorum pedibus anter. Eſt minoris mod. Beg. l. c. Paruta

tab. 75.

tab. 75. num. 19. muscam l. insectum volans pro fulmine depingunt. Aur. $2\frac{15}{32}$. Duc.

3. Idem. in segm. ΦΙΛΙΠΠΟΥ, cum amphora ansata l. cyatho in ar. sub pedibus equorum anter. Aur. $2\frac{7}{18}$ Duc.

4. Cap. diademate cinctum ad medium collum sin.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ. Puer, qui Alexander M. habetur, equo insidens, sub cujus pedibus signum tridentis & inferius AP. conspicitur, sin. vehitur. v. different. in numophyl. Schulz. ab Agn. latine descripto. P. I. num. 42. & ejusmodi different. invenies in Beg. th. Br. p. 238. & Palat. p. 115. æs.

ALEXANDER M. R. Mac.

5. Cap. Palladis crinibus cincinnatis & galea tectum ad hum. pene sin. Galea duplici crista & serpente exornata est.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ a sin. in lin. perpendiculari, a dext. in ar. fulmen. Victoria tunicata, a fronte vultu dextr. verso stans, dextra lauream protendit, læva tridentem tenet. Aur. pulcherr. $2\frac{15}{32}$ Duc.

6. Idem

6. Idem cap. inauri & monili circa collum cum flore galeæ adpoſito conſpicuum.

Eandem poſticam partem monogr.  in imo a dext. exornat. Aur. RR. $4\frac{15}{18}$ Duc.

7. Cap. Alex. pelle leonis ad medium collum ſin. involutum.

ΑΛΕΞΑΝΔΡοΥ. a dext. in ar. Σ cum aliis notis monet. Jupiter in pallio ad umbilicum nudus, dextr. ſedens, tenet dextra aquilam, læva haſtam. Agn. diff. l. c. n. 8. & Beg. in th. Br. p. 239. T. 1. Copia, uti videtur ex mixto ære & argento med. formæ.

8 Idem cap. & ead. epigr. a ſin. in lin. perpendiculari, a dext. Monogr. . Typus prior, in hoc diverſus: Jupiter pedes ſcabello imponit. Cat. de Pfau p. 5. Discrepant, quos Beg. c. l. & Agn. num. 8. & 9. deſcripſerunt. Arg.

ANTIOCHUS. DEVS. Epiphanes II.

9. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΘΕΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. in poſtica.

Cap. Jovis laur. & barb. ad medium collum ſin. Aquila fulmini inſiſtens a dextr. ſiniſtr. Beg. th. Br. T. III. p. 16. Vaill. in hiſt. reg. Syr. p. 28.

hujus regis numos ex omni metallo & modulo reperiendos affirmat. Aes.

ANTIOCHVS M. Seleuci fil. M.

10. Cap. ad med. collum diademate cinctum sin.

. ΑΣΙΛΕΩΣ. a sin. duabus lin. perpendicularibus. Apollo nudus dextra sagittam, læva arcum tenens, insidet dextr. pataræ i. e. cistæ vel cortinæ, tripodi serpentis corio obducto. Beg. in th. Br. T. III. p. 16. ex Vaill. hujus Antiochi numos raros denominat. Id. T. I. p. 252. & in th. Pal. p. 133. Nisi sit forsan Antiochus III. M. Callinici filius, Ceravni frater. v. Vaill. hist. reg. Syr. p. 80. Huic etiam similior est ob nasum oblongum & acutum. v. Haym. th. Brit. lat. versum T. I. p. 45. Rar. æs.

ANTIOCHVS. PHILOPATOR, frater Antiochi Epiph.

11. Cap. Antiochi fascia regia cinctum ad medium collum sin.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. Fulmen alatum. Beg. th. Br. T. III. p. 27. Epigr. tribus lin. rectis constat. æs.

AN-

ANTIOCHVS. EPIPHAN. DIONYS.

12. Cap. radiat. ut videtur ad hum. prope ſin. Amphora cum duabus auribus, cantharus dictus, a carcheſio diverſus. Similem typum v. in Beg. th. Br. T. III. p. 29. Vaill. ad Seleucidas p. 224. canthari aures ad medium vaſis corpus, carcheſii vero ad fundum usque deſcendunt. æs.

ANTIOCHVS. VII. Evergetes.

13. Cap. faſcia regia ad medium collum ſin. & cornu Ammonis exornatum.

Flos Lothus, inferius ſpicæ, potius corona Iſidis. In Beg. th. Br. T. III. p. 23. & Vaill. hiſt. reg. Syr. p. 170. 173. ſimiles typi occurrunt cum epigr. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΕΥΕΡΓΕ-ΤΟΥ. In noſtro lit. detritæ ſunt. æs.

14. Cap. faſcia redimitum ſin. cum alis a tergo & pallio ab hum. dextro ſuper brachium dimid. denudatum pendente.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. a ſin. ΕΥΕΡΓΕ-ΤΟΥ a dext. & quidem tribus lin. perpendicularibus. Typus prior. infra A vel ΒΠΡ. Quem Beg. exhibet c. l. meo ſimilior eſt Vaillantianis c. l. deſcriptis & in cap. plane diverſis. Similis in Haym. th. Brit. exſtat T. I. p. 86. qui cap. Amoris, non Victoriæ delineat. æs.

PTOLEMEVS. I. Soter. Lagi F. Aeg. R.

15. Cap. diademate cinctum ad hum. cum veſtitu ſiniſtr.

ΠΤΩΛΕΜΑΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Cap. Berenices l. Eurydices, uxoris Ptolem. crinibus cincinatis ad pect. cum ſtola ſiniſtr. In ar. a dext. ramus, a ſin. penes collum cornu cop. in imo ſub cap. . Similem ſiſtit Chriſt. p. 9. Haym. in th. Brit. T. II. p. 26. duos exhibet, & tertium ex Vaill. citat. unum cum ramo & monogr. ME, alterum cum cornu cop. & Vaillantianum adhuc diverſum deſcribit. Hic meus autem ſimul has notas tres characteriſt. poſſidet. aes. m.

PTOLEM. II. Philadelph. Lagi F.

16. Cap. laur. ad pect. totum cum lorica ſquamigera ſin.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ, ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila fulmen ungulis tenens dextr. retro in ſin. cornu cop. Beg. th. Br. T. I. p. 262. Agn. N. 51. aes.

PTOLEM. III. Everg. Philadelphi F.

17. Cap. Jovis Ammonis barbat. ad medium collum ſin.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ.

Aquila fulmini insistens alis expansis sin. aes m.

PTOLEM. VI. Philomet. Ptolem. V. Epiph. Fil.

18. Cap. Jovis Ammonis ut in priori.

Geminæ aquilæ alis expansis a sin. dextr. fulmini insidentes. In ar. cornu cop. a dext. Agn. N. 49. ubi inscript : ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. exhibet, & opinionem suam de duabus aquilis exponit. aes.

PTOLEMAEVS.

19. Cap.. prius.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ Aquila fulmini insistens expansis alis dextr. In ind. Lœscher. in Beg. th. Br. & Pal. ac in Agn. numoph. Schulz. diversi & omnes differ. occurrunt typi. R. P. Frœlich in notit. element. numism. p. 161. affirmat, difficile esse ærea numism. suis regibus congrue adscribere. Aes.

20. Cap. barbat. & fascia regia conspicuum ad medium collum sin.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΟΣ. Typus prior. A dext. in ar. Scutulum. Aer. ad primam formam accedit.

21. Cap. imberbe cum fascia ut prius.

. . . ΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Typus ut in priori. æs m.

22. Cap. Jovis Ammonis barbat. ad medium collum sin.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. in ar. OoN. a dext. Aquila unguibus fulmen tenens dextr. alis expansis. æs.

23. Cap. idem.

ΠΤΟΛ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Aquila insidens alis expansis fulmini dextr. æs.

LYSIMACHVS. Thrac. rex.

24. Cap. Lysim. cum diademate & cornu arietino ad medium collum sin.

. . . . ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Pallas galeata, mammis nudis sedens dextr. Victoriolam dextra, hastam transversam læva tenet, cubito clypeo innixa. Simillimum typum v. in Beg. th. Pal. p. 124. ex arg. Idem in th. Br. T. I. p. 244. æs m.

25. Cap. idem.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. a sin. ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ a dext. in duabus lin. perpendicularibus: in ar. a dext. fax

accensa lychnucho imposita, in medio monogr.

ΙΥΡ. ad paret. Pallas galeata & armata sellæ dextr. insidens, dextra victoriolam cum laurea protendit, hasta ad latus per transversum adposita, lævo cubito clypeo, sellæ accommodato, cui caput Medusæ impressum est, incumbit. Arg. max. formæ.

26. Idem. diff. in Victoria ad Palladem cum laurea conversa, sub qua Monogr. ΛΚ, sellæ vero RY. insculptum, & in imo anchora visitur, l. tridens anchoratus. Similes, sed non eosdem exhibet Havercamp. ad Parutam Tab. 76. n. 30. Beg. th. Br. T. I. p. 244. R. P. Frœlich. in not. elem. p. 150. Haym. th. Brit. T. I. p. 149. Beg. ad Flor. p. 322. de Pfau Catal. p. 10. & Agn. in numoph. Schulz. n. 11. Arg. med. formæ.

27. Idem a parte capitis, sed magnitudine ab utroque diversus. Arg. primæ formæ, licet ponderi & magnitudini suæ a Judeo forsan multum detractum sit.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ. Γ. Thyrsus in ar. a dext. Typus prior.

MITHRIDATES. VI. R. Ponti & Posphori Cimerii.

28. Cap. diadematum imberbe, sparsis crinibus, vultuque generoso ad med. collum sinistr.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ·ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ·ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ Cervus a ſin. dextr. demiſſo cap. paſtum petens, a dext. aſtrum cum luna falcata & monogr. ΣΚ, a ſin. literæ ΤΚΣ. & monogr. ΑΡ. in imo vero B. intra coronam hederaceam, & quidem epigr. tribus lin. rectis occluditur. Hav. ad Par. t. 91. n. 67. & 68. R. P. Frœl. not. elem. n. 151. Haym. th. Br. T. II. p. 59. Spanhem. T. I. p. 482. Arg. tetradrachm. max. formæ, ſed adulterinus.

HYPSICRATEA. Mithrid. Pont. uxor vel pellex.

29. ΥΨΙΚΡΑΤΕΙΑ ΒΑΣΙΛΙΣ. Cap. muliebre eleganter comtum & inauri conſpicuum ad hum. cum ſtola ſiniſtr.

ΟΜΟΝΟΙΑ ΕΛΛΗΝΩΝ a dext. duabus lin. perpendicularibus. Mulier ſtol. ſedens dextr. protenſa dextra duo cornua cop. tenet, lævo brachio ſellæ innititur. Aur. max. formæ 6 Duc. Præſtantiſſimus, niſi ſit recentioris fabricæ. v. Rinck de veteris numiſmatis potentia ibique recenſitus catal. Cavinianorum aliorumque in fine.

GELO, Siciliæ Tyrannus.

30. Cap. galeatum Minervæ ad med. collum dextr. Typus Victoriæ tunicatæ & alatæ, detritis

tis reliquis Haverc. ad Par. tab. 145. n. 12. & ſub Syracuſis tab. 72. n. 142. 146. æs m.

HIERO I. Rex Siciliæ.

31. Cap. Cereris l. Proſerpinæ corona e ſpicis & gramine cinctum ad hum. dextr. capillorum parte ad cervicem collecta, altera parte per collum defluente: retro cervicem vitis folium.

ΙΕΡΩΝΟΣ. in imo & inferius monogr. .

ſic. Vir inclinato corpore citis equorum bigis inſiſtens, dextra ſcuticam, læva habenas dirigit & ſiniſtr. vehitur. Quos Beg. in th. Br. T. I. p. 491. & Paruta t. 147. & 148. depingit, ſimiles quidem, ſed valde diverſi ſunt. Aur. elegantiſſ. 1 $\frac{1}{4}$. Duc.

32. Cap. Hier. ad medium collum dextr. imberbe, diademate cinctum.

ΙΕΡΩΝΟΣ. Egregrio equo ſiniſtr. vectus, palliatus & armatus, dextra haſtam tenet decurrens Agn. num. Schulz. ibique cit. aut. N. 53. usq. 55. æs. m.

33. Idem. diff. capite laur. uti videtur, & laurea retro cervicem.

34. Idem.

34. Idem. ſub pedibus equi N. vel. A. Beg. th. Br. p. 291. & th. Pal. p. 158. cum cap. faſcia vel diademate cincto. Haverc. ad Parut. t. 149. n. 19. & ſeq.

AGATHOCLES. R. Sicil.

35. Σωτειρα. a ſin. detritum eſt. Cap. Dianæ eleganter comtum ad hum. ſiniſtr. ad collum cum pharetra.

ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΣ. ΒΑΣΙΛΕΟΣ. duabus lin. rectis. Fulmen alatum. Beg. th. Br. T. I. p. 297. Agn. N. 57. æs m.

36. Idem. nitide conſervatus. Retro cap. pharetra viſitur.

37. Idem minoris mod. Hav. ad Par. t. 154. n. 22.

HIERO II.

38. Cap. Proſerpinæ ad hum. ferme dextr. gramine & ſpicis coronatum.

Bos cornupeta, a ſin. dextr. ferociens, deſuper lit. Δ & clava, infra IE. in ſegm. Haverc. t. 159. n. 6. ſq. T. 160. n. 11. æs m.

39. Cap. Jovis diademate cinctum. Typus Cereris gradientis male conſervatus. Haverc. tab. 77. n. 93. æs m.

HIP-

HIPPIAS. Pisistrati, Sicil. Tyranni filius.

40. Cap. laur. pressa fronte, longo & acuminato naso, ad medium collum dextr.

..  . . . in segm. Typus sub num. 31. obvius, sed diff. vehitur dextr. Sub equis caput asini l. bovis abscissum jacet. Aur. rudis fabricæ $2\frac{15}{32}$. Duc. Nisi forsan retrograde legi debeat . . .  Sic. Philippi forsan Cassandri filii, l. Philippi I. reg. Maced. numus haberi potest.

IVBA. Mauritan. R.

41. REX. IVBA. Cap. cincinnis l. pileo quasi plumulis fastigiato ornatum ad pect. cum palud. regio; mentoque & barba prominula: retro Sceptrum.

 . . a dext. Inscriptio Punica
. . .  a sin. Templum octastylum. Beg. th. Br. p. 302. T. I. exhibet  Arg.

M. VALERIVS. CORVINVS.

42. M. VALERIVS. CORVINVS. Cap. nudum, barbat. ad pect. cum pallio l. toga sin.

CON-

CONSENSV. SENAT. ET. EQ. ORDIN. P. Q. R. Corvus thoraci finiſtr. inſidens, roſtro lauream tenet: a ſin. clypeus & haſta transverſa, a dext. galea adpoſita eſt. Arg. med for. dubius.

EPAMINONDAS.

43. ΕΠΑΜΙΝΩΝΔΑΣ. Cap. nudum promiſſa & hirſuta barba ad hum. ſiniſtr.

Mulier. ſtol. ſiniſtr. ſedens, dextra elata, læva corpus ſuſtinet ante ſtatuam terminalem, a ſin. erectam, cum adpoſitis inſtrumentis militaribus. In ſegm. veſtigia literar. adparent, ſed dignoſci nequeunt, æs m.

SYRACVSANVS. DVX.

44. Cap. Palladis galeatum & criſtatum ad hum. dextr. defluentibus capillis.

Victoria alata in tunica volitante a ſin. dextr. gradiens, dextra corollam, læva palmam tenet veſtemque colligit. In ar. a dext. vitta l. galea aut vaſculum quoddam expreſſum eſt, & inferius XIY. ad victoriam ducis Siculi certiſſime ſpectat. Intuitu differentiæ typi in ſimili Deinocratis numo arg. Beg. th. Br. T. I. p. 297. Arg. max. mod.

45. Cap. Jovis laur. ad medium collum ſin. ANTIOXE a ſin. THΣ μητΡΟΠολ. a dext. Jupiter nudus a ſin. dextr. in pallio ſedens, dextra victoriolam, læva haſtam tenet. Beg. th. Pal. p. 280. aes m.

46. Cap. muliebre turritum cum velo in nodum contorto & a cervice ad hum. pendente ſin.

ANTIOXEΩN. THΣ MHTPOΠOΛEOΣ. tribus lin. perpendicularibus. Tripus. infra KNΞ. aes.

APOLLONIA.

47. AΠOΛ. NIKΩNOS. Alcinoi hortus. ΣΩΣIKPATHΣ. in ar. ſuper. duabus lin. rectis. Vacca vitulum lactans, a ſin. dextr. ſtans expanſis cruribus, reflexo cap. Sub ventre vitulus a dext. ſiniſtr. in anter. pedes prolapſus uberibus inhæret. Beg. th. Br. p. 462. & Pal. p. 253. Arg.

48. AΠOΛ. EΠIKAΛOY. ut in priori epigr. quatuor vicibus diviſa. Idem hortus.

AΓIAΣ in ar. ſup. Typus Vaccæ ut in anter. Agn. N. 38. Arg.

ARADVS Phœniciæ inſula.

49. Cap. muliebre turritum cum peplo occipiti adpenſo & pect. ſtolatum circumdante ſin.

APA.

ΑΡΑΔΙΩΝ. a ſin. in lin. perpendic. a dext. in ar. tribus lin. rect. ſic ΔΞΡ.
q
ΔC.
Victoria tunicata dextr. gradiens, dextra acroſtolium protendit, læva palmam tenet. Typus & epigr. corona laur. includitur. Arg. max. formæ Elegantiſs. ſed paululum ſuſpectus. Similem invenies in Cim. Vind. P. I. p. 33. inter anecdotos, & in Beg. th. Br. T. I. p. 404. cum duplici æra ibid. explicata.

ATHENE.

50. Cap. Minervæ galeatum & criſtatum ad med. collum ſin.

ΑΘΕ a ſin. in lin. perpend Noctua & ſuper. in angulo ſurculus virentis oleæ in quadrato. Begerianus hoc typo delineatus numus diff. tam magnitudine, quam ſigno monet. alæ adhærente ☾, ut & ille, quem Haym in th. Brit. T. I. p. 221. exhibet. Arg. tetradrachm. mediocris.

51. Idem. Simillimus Beg. & Haymiano argenteo. aes m.

v. Haym th. Brit. T. I. p. 221. 223. Beg. th. Br. p. 470. Pal. 258. Haveri. ad Parut. tab. 129. n. 11. & t. 132. n. 54.

52. Cap.

52. Cap. Palladis galeatum ad mentum usque idem.

Noctuæ cap. oleæ ramis circumdatum a fronte cum toto collo. arg.

53. Cap. Palladis galeat. idem ut primum. ΑΘΕ. ΣΩΤΑΛΗΣ ΜΙΘΕΤΟΛΗ. Quinque lin. rectis per typum divisis. Noctua a fronte amphoræ insistit, cui per transversum a sin. thyrsus adpositus est: omnia corona oleagina circumdantur. Arg. max. f. Nec Haverc. nec Beg. nec Haym. similem tantum modo sistunt.

54. Idem Aur. $7\frac{1}{8}$ Duc. Haverc. ad Par. a tab. 128. usque 132. nec ullum aur. nec argent. similem quoad inscript. delineat.

55. Cap. galeatum virile ad med. collum sin. Duæ noctuæ basi a fronte insistunt, sub qua ΑΘΕ. legitur. Omnia ambit corona oleagina. Haym. th. Brit. T. I. p. 196. æs.

56. Cap. Palladis galeatum ad med. collum sin.

A a dext. ☾ a sin. cum sidere & ☉ duabus lunis falcatis l. clypeo sidere insignito. Jupiter a dext. sinistr. gradivus, lævam protendit, dextra elata fulmen vibrat. Hav. ad Par. tab. 129. n. 14. Beg. Th. Br. T. II. p. 51. Haym. th. Brit. P. I. t. 16. n. 2. de Pfau Catal. p. 19. æs. m.

57. Cap. prius ad hum. cum ſtola ſiniſtr. AΘHNAIΩN. Vir galeatus nudus, dextra demiſſa, læva protenſa, ſiniſtr. gradiens. æs m.

AXVR. Urbs Campaniæ.

58. Cap. Pallad. gal. ad med. collum ſin. Gallus ſiniſtr. erecto cap. ſtans. AQVR. Beg. in th. Br. T. I. p. 357. gallum retro adhuc delineat ſtellam, numum deſcribens rarum. Sub Calenis Auſonum colonis idem occurrit typus. Beg. c. l. p. 353. & in Pal. p. 190. æs m.

BOEOTIA. PHIDO, Argivus.

59. Scutum cum inciſura utrimque BOIΩTΩN a dext. in lin. perpendic. Typus Tridens hic occurrit ſub Phidone Argis regnante. Beg. th. Br. T. I. p. 279. Idem aut. l. c. p. 473. ſub Thebis ſimilem producit, urbe Bœotiæ ſubdita. Haym. th. Brit. p. 230. Male habitus ex ære.

BRVTII.

60. Cap. Jovis barbat. & laur. ad medium collum ſin.

BPETTIΩN. Mars galeatus, nudus, a dext. ſiniſtr. inclinato corpore, ad pugnam tendens, dextra haſtam transverſam, læva clypeum, ſub quo

quo vasculum, signum monet. conspicitur. Beger. diff. tam antica, quam postica. v. th. Br. T. I. p. 332. Agn. n. 63. æs m.

61. Cap. Martis galeat. & barbat. ad medium collum dextr. Retro galeam a sin. duo globuli. ΒΡΕΤΤΙΩΝ. a sin. Victoria tunicata a sinist. dextr. stans, læva palmam gerit, dextra lauream trophæo a dext. erecto imponit. In ar. infer. inter trophæum & Victoriam lit. B. expressa. Beg. th. Br. T. I. p. 340. Cat. de Pfau p. 21. diff. Agn. N. 60. 61. æs. m.

62. Cap. Jovis ut supra cum integro collo. ITI. a dext. in ar. N. a sin. Aquila a dext. sinistr. stans, expansis alis. Beg. th. Br. T. I. p. 340. 342. th. Pal. p. 182. similes typos producit: Simillimum vero poster. l. cit. p. 210. sub Agrigentinis delineat. Æs maxim. mod. RRR.

CALENO. Campan.

63. Cap. Apollinis laur. ad med. collum dextr. CALENO. in segm. Minotaurus sinistr. tendens, desuper lyra, sub ventre astrum. Beg. th. Br. T. I. p. 353. diff. ab utraque parte. æs. m.

CARTEIA. Hiſpan. Baeticæ.

64. CARTEIA. Cap. genii urbis turritum ad hum. ſiniſt.

Neptunus ſtans a ſin. dextr. denudato corpore, dextra delphinum l. thynnum, læva tridentem tenet, dextrumque pedem ſaxo imponit. In ar. Δ ⌓. Beg. th. Br. T. III. p. 73. æs. m.

CARTHAGO.

65. CARTAGO. Dux Carthagin. a fronte vultu dextr. verſo ſtans, demiſſa dextra, tenet læva clavam oblongam.

XII. infra. Cap. equinum ad pect. dextr. cum habena. Beg. in th. Pal. p. 285. ſimilem exhibet. Hav. ad Par. ſub Panormo. T. I. n. 1. Cimel. Vind. p. 82. RR. æs. m.

66. Cap. Cereris l. Proſerpinæ ad med. collum dextr. ſpicis redimitum.

Equus ad palmam dactyliferam libere ſtans, a dext. ſiniſtr. æs.


67. Cap. Cerer. l. Didonis ad collum med. ſin. Cap. equi ferocis cum integro collo ſiniſtr. verſum, Carthaginis Symbolum. v. numos Panormitanos & Hav. ad Par. tab. 164. n. 3. æs.

68 Idem intra XII. v. Hav. cit. l. & tab. 15. n. 145. T. 16. n. 158. T. 17. n. 169. T. 18. n. 176. ſub Panormo. de Pfau Cat. p. 22. Agn. N. 110. æs.

69. Palma arbos fructifera.

Cap. equi ferocis ut ſupra. Agn. N. 111. æs.

CATANA.

70. Cap. Liberæ ſ. Bachi muliebri habitu ad hum. ſin. hedera cinctum, detritis lit. KATANAION. Bachus a dext. ſiniſtr. vectus & retrorſum ſedens muliebri habitu in pantherarum biga, læva thyrſum tenens, dextra cantharum in pantheriſcum effundit. In ar. monogrammata . Hav. ad Par. T. 28. n. 18. T. 31. n. 48. T. 32. n. 74. æs. m.

CHIOS. Inſula.

71. Sphinx alata, ideoque Thebana, ſuper baſi a dext. ſiniſtr. ſedens. dextro pede elato, ac ſi quidquam ſuſtineret.

Temo a dext. in med. amphora dicta & uva in corolla a ſin. v. ſimillimum in Agn. numoph. Schulz. n. 127. Beg. th. Br. T. I. p. 420. Hav. ſub fam. Rabiria. p. 364. Aes.

COOS,

72. IΓHNAIOΣ. a dext. KΩIΩN. a sin. Cap. laur. & barbat. ad med. collum sin.

S. a dext C. a sin. areæ. Vesta velata & stol. dextr. sedens, dextra protensa palladium, læva hastam puram transversam tenet. R. P. Frœlich in not. elem. p. 150. se vidisse numisma aur. cum eodem cap. & integra inscript. IΓHNAIOΣ. KΩIΩN. ab una, ab altera parte cum Vesta sedente. S. C. in ar. & inscript. VESTA. in segm. testatur. Igenæus nomen magistratus, nec numisma Romani commatis cum SC. ante Christum natum 198 signatum habetur. Aur. 3$\frac{1}{18}$Duc.

CORCYRA.

73. Cap. Herculis ad hum. sin. exuviis leonis ornatum.

KOPKYPAIΩN. Prora navis. Corcyræi ex Sicilia oriundi Herculis & navali gloria insignes. Beg. th. Br. T. I. p. 449. æs.

74. Aquila potius Falco sinistr. stans cap. dextr. reflectit. In ar. a dext. T.

KOP. a sin. Victoria tunicata expansis alis dextr. gradiens, dextra acrostolium, læva demissa Sertum tenet. æs.

DY-

DYRACHIVM.

75. ΔΥΡ. ΦΙΛΟΔΑΜΟΥ. Inscript. quatuor vicibus divisa. Hortus Alcinoi quadrangularis ΞΕΝΩΝ. in lin. recta. Vacca reflexo cap. sinistr. stans, ex cujus uberibus vitulus pendet. Desuper aquila, infra canis venaticus, qui vero in hoc numo plane perspici nequit. Agn. Numoph. Schulz. N. 33. Arg.

76. ΔΥΡ. Hortus Alcinoi. ΖΕΝΩΝ. Idem typus, desuper aquila, infra gubernaculum describitur, quod in meo non apparet. Beg. in th. Br. p. 455. 459. & in Pal. p. 252. qui diff. Arg. rudis fabricæ.

77. ΔΥΡ. ΖΩΠΥΡΟΥ. Inscript. divisa ut in super. Hortus idem.

ΖΩΙΛΟΣ. in lin. recta. Typus vaccæ prior cum noctua aræ l. cippo insidente a sin. & humano cap. in ar. superiori. Arg.

78. Idem Hortus. detritis lit. ΜΕΝΙΣΚΟΣ. Typus prior cum corolla desuper. Beg. th. Br. p. 460. 461. diff. æs.

EMPORIVM.

79. Cap. Palladis galeat. ad hum. sin. inauri & monili conspicuum.

Pegasus alatus sinistr. tendens, sub cujus ventre legitur : EMPORITarum. Cim. Vind. P. I. p. 83. tab. 14. fig. 20. & Frœlich. notit. elem. p. 83. æs. m.

FELATHRI. vet. Latii urbs. Velletri hodie.

80. Cap. Jani bifrontis pileo conico tectum ad med. collum.

CEFbV/ Clava erecta cum globulo in media ar. sin. Frœl. in not. elem. p. 26. similem æneum majorem inter numismata antiquiora edidit ex Arigoni cum clava & duobus punctis in ar. a sin. cum inscriptione FEΛHOM. sic. æs. m. remotæ vetustatis.

81. Idem diversus & æruginosus.

GELA. Cretensium colonia.

82. ΓΕΛΑΣ. in super. parte. Minotaurus dimidiatus.

Figura virilis nuda gerit sinistr. vecta atque stans in lentis trigis, læva habenas, dextra hastam puram transversam: juxta terga equorum caduceus est. Beg. th. Br. T. I. p. 377. diff. Hav. ad Par. tab. C. n. 3. splendida hoc numismate Geloi celebratur victoria. Arg. suspectus.

GNOS-

GNOSSVS.

83. Cap. Minois laur. & barbat. ad med. collum dextr.

Labyrinthus detrita epigr. æs. m.

84. Idem ærugine nobili conſpicuus, inſcriptionem circa labyrinthum quatuor vicibus diviſam & cap. humanam exuviis leonis obtectum in ſuper. numi parte ſiſtit. K. cap. humanum Ν—Ω—ΣΙ—ΩΝ. Beg. th. Br. p. 401. Pal. p. 228. æs. m.

GORTYNAE.

85. Cap. Dianæ ad hum. cum ſtola ſiniſtr. pulcherrime comtum cum arcu & pharetra a dorſo & monili circa collum.

ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ. includitur ut & Taurus a ſin. dextr. ſtans & retroſpiciens, laurea. De Tauro, Rege Cretenſi, conditore Gortynes ejusque numis a noſtro diverſis v. Beg. th. Br. 400. & Pal. p. 227. æs. m.

HYRIA. Cret. colonia. l. Agyrium, vetuſtiſs. civitas Siciliæ.

86. Cap. Pallad. galeat. ad med. collum dextr. Cap. Minotauri velatum, cornutum & barbat. eminente deſuper tridente transverſo, Haverc.

ad Par. t. 106. n. 7. Hunc numum vero ad Athenas potius & ad Theſei Athenienſ. gloriam refert. Beg. th. Br. p. 320. & Pal. p. 270. Ambo differunt. æs. m.

LARISSA.

87. Cap. Lariſſæ, filiæ Pelasgi, quæ vrbi Lariſſæ nomen dedit, a fronte & ad medium collum crinibus ſparſis.

ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ. in ar. ſuper. in ſegm. Equus a dext. ſiniſtr. gradivus, libere ac ſecure paſcens. Eſt Theſſalonicus numus & diff. a Begeriano in th. Br. p. 478. & Pal. p. 262. Arg.


LIPARA. inſula.

88. Pegaſus ſaliens a ſin. dextr. ad volatum paratus. Sub pedibus anter. O.

Tridens. Inſignia Apollinis & Neptuni, quos Liparæi coluerunt. v. Beg. th. Br. T. III. p. 38. Corinthus Syracuſarum metropolis, Parus Inſula, Thea Laconiæ urbs, Leucade maritima & Corinthiorum plurimæ coloniæ hæc loci inſignia in numis exhibent. Spanhem. T. I. p. 274. 277. Beg. alleg. æs.

89. Idem in ar. posticæ †T. absque O. in aversa.

90. Idem in ar. reversæ)(inter tridentem.

91. Idem in ar. reversæ  a sin.

92. Idem. sub pedibus Pegasi Q. in aversa  a sin.

93. Idem. in reversa H a sin. Similem typum ab utraque parte v. in Cat. Christii p. 10. n. 25. sub Ambracia in Epiro.

LVCERIA. Vrbs Dauniœ l. Apuliæ.

94. Cap. juvenile, Herculis forsan, pelle leonis ad hum. sin. tectum.

Arcus, pharetra & clava. Beg. th. Br. T. I. p. 317. simillimum delineat, qui vero tam magnitudine, quam epigr. quæ in meo penitus exesa, differt. LOVCERI. Spanhem. ejusmodi numum ad Alexandr. M. refert ob. lit. in parte reversa expressas. B. A. v. T. I. p. 327. æs.

MACEDONIA.

95. Cap. Dianæ ad pect. cum stola sin. defluentibus a cervice per collum tribus cincinnis,

cum

cum arcu & pharetra a tergo prominentibus, ambiunt septem scuta Macedonica.

MAKEΔONΩN. ΠΡΩΤΗΣ. a dext. in ar. ΣΑΡ. Κ. ΜΕ Epigr. monogrammata & erecta clava Herculis nodosa cincta sunt quernea corona. In imo Jovis fulmen. Agn. num. Schulz. N. 39. 40. Beg. ad Flor. p. 306. de Pfau Cat. p. 10. diff. Beg. th. Br. T. I. p. 481. & Pal. p. 264. Arg. max. f.

96. Idem forma minor paululum, sed crassior, diff. etiam in monogr. a dext. ΣΑΡ. arg.

97. Idem cum monogr. diversis ΗΡ. a dext. ΑΚ a. sin. in ar. æs. m.

98. ΣΙΛΗΩΣ. Duo capita jugata forte Alex. & Cleopatræ. MAKEΔONΩN-KOINON. Scutum Macedon. triplici circulo circumdatum, & quidem interioribus duobus punctatis, tertio verum uno ductu perfecto. De nummis æneis cum cap. Alexandri M. & hac epigr. in aversa parte tertio post Christum Seculo procusis v. Frœlich. not. elem. p. 131. æs. m.

MA-

MALEA. promontorium Laconiæ.

99. M in laurea. Aquila volitans. Beg. th. Br. T. I. p 438. Materia tamen & typus averſæ partis differunt, v. annotata ad numos incertos ex ære min. ſub voce ΣΙ. vel ΙΣ. Iſſa l. Siphnos. æs.

MARONEA.

100 ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΣΩΤΗΡΟΣ. Cap. Bachi defluentibus capillis vite & hedera redimitum ad hum. ſiniſtr.

ΜΑΡΩΝΙΤΩΝ. in ſegm. Bachus in pallio nudus a dext. ſiniſtr. ſtans in curru, a capro & tygride vehitur, dextra thyrſum tenens, lævam altiſſime verſus tympanum extollit, quod Bacha pulſat, elatis manibus juxta caprum gradiva, niſi ſit calathus frugibus l. uvis repletus. Spanh. de præſt. & uſu numiſm. T. I. p. 418. Eandem epigr. ſed alium prorſus typum exhibet Beg. in th. Br. T. I. p. 485. & Pal. p. 265. Arg. max. m.

MASSILIA.

101. Dianæ pharetratæ imago, inauri & monili ſiniſtr. conſpicua, cum ſtola ad pect. & a ſin. expreſſo monogr. 

MAS-

ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ. Leo gradiens ſiniſtr. Monogr. idem a ſin. Agn. hunc numum Elegantiſſimum nominat in num. Schulz. diverſos alios adhuc deſcribens, qui inter ſe differunt N. 13. ut & illi, quos delineat de Pfau in Cat. p. 11. item Chriſt. n. 84. 85. 86. Beg. th. Br. T. I. p. 361. & Pal. p. 194. Arg.

102. Idem cum alio monogr. a ſin. in ar. B. ΜΑΣΣΑ ſuper Leone. ΑΑΕ. infra in ſegm. Typus prior cum monogr. inter pedes a ſin. III. Subaer.

103. Idem cum monogr. ſub mento .

ΜΑΣΣΑ in ar. ſuper . . ΛΓ. in ſegm. In ar. a ſin. *N*. Typus idem. arg.

104. Idem cap. abſque monogr.

ΜΑΣΣΑ. in ar. ſuper. Π in ar. a ſin. Beſtia fera, fauce acuminata, leoni abſimilis ſiniſtr. tendens. Eundem autor. cit. plane nullum, ſed ſimiles ſiſtunt. arg.

105. Cap. Veneris ad med. collum ſin.

Taurus ferociens cornupeta a dext. ſiniſtr. detritis ſuperius ΜΑΣΣΑ, inferius autem conſpicuis lit. ΛΙΗΤΩΝ. Agn. N. 73. Beg. th. Br. T. I. p. 361. diff. æs.

106. Cap.

106. Cap. Floræ frondibus redimitum, inauri & monili exornatum cum toto collo ſiniſtr.

Balæna a ſin. dextr. converſa, & aquam per aures ejiciens. In imo lit. inverſis ſic.

...VƷƷVV. Nuspiam inventus. arg.

MENAEVM. Sicil. vrbs.

107. Cap. Jovis laur. & barbat. ad collum dextr. Victoria in citis bigis. dextra ſcuticam tenens & ſiniſtr. vecta, moderatur læva habenas. detrita epigr. MENAINON. Beg. th. Br. T. III. p. 40. Haverc. ad Par. T. 105. n. 8. diff. tam in cap. dextr. ſpectante, quam in lit. E. in meo retro caput non viſibili. v. adhuc ſub Eryca. Tab. 135. n. 3. æs. m.

MAMERTINI vel MESSANA.

108. Cap. Jovis prius ſin.

Mars galeatus, nudus & ad pugnam ſiniſtr. gradivus cum clypeo & haſta transverſa. In ar. a ſin. Π. Agn. N. 72. Beg. th. Br. T. I. p. 343. diff. Haverc. ad Par. ſub Meſſana. tab. 22. n. 29. lit. MAMEPTINΩN, detritis. æs. m.

109. Cap. Apoll. laur. ad med. collum sin. MAMEPTINΩN. Figura galeata cum clypeo

monti insidens, dextra hastam, læva galeam, ceu in longinquum prospiciens, sustinet. Hav. ad Par. tab. 23. n. 34. 36. æs. m.

MYRINA Asiæ.

110. Cap. Apollinis Grynæi laur. ad hum. sinistr. defluentibus a cervice per collum tribus cincinnis.

MYPINAIΩ a dext. in lin. perpend. adposito cum monogr. . a sin. in ar. super. duæ vittæ, in infer. vas ansatum visuntur. Apollo I. Pythia ad ambilicum denudata sinistr. gradiens, lævam protendit, dextra lauri ramum gerit. Omnia circumdat laurea. Beg. th. Br. T. I. p. 493. Arg. max. f.

NEAPOLIS.

111. Cap. Dianæ.

Minotaurus a dextr. sinistr. gradiens, cum Victoria supervolitante: reliqua detrita sunt. Beg. th. Br. T. I. p. 350. Vestigia literarum sub Minotauri ventro quidem apparent, sed dignosci nequeunt. æs.

112. Idem

112. Idem. minoris mod. nisi sit Nolensium.

113. ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ. a dext. Cap. Apollinis laur. ad hum. dextr. defluentibus circa collum capillis. Retro cervicem T.

Minotaurus sinistr. gradiens coronatur a victoria tunicata supervolitante. Sub ventre IX. expressum. Beg. th. Br. T. I. p. 350. æs.

114. Cap. Dianæ fascia & inauri conspicuum ad med. collum dextr.

ΝΕΑΠΟΛΙΤ. . . . in segm. Figura retro cap. Dianæ a sin. adposita dignosci nequit. Beg. c. l. Pegasum expressit. de Pfau p. 11. Delphinum describit. arg.

ORTHOSIA. Phœniciæ l. Cariæ.

115. Cap. Dianæ eleganter comtum ad pect. cum stola sin. prominentibus a tergo arcu & pharetra.

Jupiter in pallio ad umbilicum nudus, dextr. sedens, dextra protensa victoriolam, læva hastam tenet. A sin. in lin. perpend. vestigia ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ. adhuc adparent. Haym. th. Brit. T. II. p. 165. R. P. Frœlich not. elem. p. 104. æs.

PANORMVS. Sicil. Vrbs.

116. Cereris cap. ſpicis & taurino cornu ornatum cum integro collo dextr. verſum.

Equus a dext. ſiniſtr. libere ſtans, caput ſuperbe reflectit. Agn. N. 79. vsque ad 101. ibique cit. Spanh. Sub eadem Panormo & Roma varii occurrunt typi cum equis, omnes vero tam antica, quam poſtica differunt. Beg. th. Br. T. I. p. 358. l. 369. & Pal. p. 192. l. 200. Haverc. ad Par. Tab. 17. n. 163 ſimilem profert. æs. m.

117. Idem Equus vero ad palmam arborem reſpicit. Hav. ad Par. ſub Panormo t. 13. n. 130. ſimilem ex arg. delineat. æs. m.

118. Idem cap. ab una & equus libere ſiniſtr. erecto collo ſtans ab altera parte. Sub ventre equi 9. Agn. N. 79. vsque 101. æs. m.

119. Idem. Equus ſtans ad palmam frugiferam. in ar. ∴ a ſin. Agn. N. 102. vsque 107. æs.

120. Idem. diff. cap. Cereris monili circa collum ornato ad hum. æs.

121. Idem. diff. æs.

122. Idem. diff. Cap. Cer. ad med. collum. æs.

123. Idem.

123. Idem. diff. Hav. ad Par. t. 15. n. 148. ubi hos numos Carthaginensibus adnumerat, & tab. 17. n. 165. æs.

124. Cap. Cer. ad med. collum dextr.

Equus desultorius, libere decurrens sinistr. Agn. N. 105. diff. ut & Haverc. ad Par. tab. 14. n. 140. & typo & materia. æs.

125. Idem. diff. æs.

126. Idem. diff. æs.

127. Idem. diff. æs. Cap. Cer. ad os. tantum expressum est.

128. Idem cap. cum integro collo. Retro cervicem a sin. arista in gyrum disposita cernitur.

Equus desultorius sinistr.

129. Idem cap. ad med. collum dextr. cum arista a dext.

Typus prior. Haverc. tab. 5. n. 49. similem sistit. de Pfau. p. 28. sub Nucerinis. æs.

130. Idem cap. eleganter comtum graminea corona, nisi sit Proserpinæ, cum integro collo ad pect. sin.

Cap. equinum. in ar. Signum monet a Sin. o. Agn. N. 110. ibique cit. aut. Haverc. ad Par. tab. 14. n. 145. & seq.

131. Idem. diff. absque globulo in ar. æs.

132. Idem. diff. æs.

133. Idem.

134. Idem. ante cap. equi Palma arbor. Hav. l. c. n. 143.

135. Idem cum lit. N. vel V. a sin. æs.

136. Cap. Panormi laur. & barba acuminata ornatum ad med. collum dextr.

Equus ferox a sin. dextr. liberrimo cursu saliens. Beg. th. Br. T. I. p. 369. Aes.

Haverc. ad Par. tab. 18. n. 175.

137. Equus stans libere a dext. sinist. retrospiciens. Palma arbor insignis cum fructibus. Haverc. ad Par. tab. 15. p. 144. æs.

138. Cap. velatum & spicis ornatum.

Tripus Apollinis cum litt. Punicis. Haverc. ad Par. tab. 17. n. 167. æs.

PHALANNA.

139. Cap. Perrhæbi, gentis autoris, nudum, ad med. collum sin.

ΦΑΛΑΝ-

ΦΑΛΑΝΝΑ. Equus cum habena a dext. ſiniſtr. tendens. Phalanna eſt civitas Perrhæbiæ in Theſſalia. æs. m. Beg. th. Br. ex arg. T. I. p. 479.

REGIVM I. RHEGIVM. Magnæ Græciæ.

140. Duo capp. jugata viri laur. & barbati & mulieris ad med. collum ſiniſtr.

ΡΗΓΙΝΩΝ. Figura militaris ſagata, a fronte ſtans, tenet dextra haſtam, læva demiſſa ignotum quidquam. In ar. a dext. inſtrumentum ſecuri non abſimile, & epigr. a dext. in lin. perpendic. v. diverſum in Cat. de Pfau. p. 31. æs.

RHODVS.

141. Cap. Solis ſparſis crinibus a fronte ad mentum usque radiatum.

. In ar. P. O. diviſum a dext. & ſin. & ſub lit. P. caduceus. Roſa. v. Agn. N. 16. ibique alleg. aut. Arg.

142. Idem cap.

ΡΟΔΙΩΝ. Roſa. detritis infra lit. æs. m.

143. Idem arg. detritis lit.

144. Cap. Apollinis radiatum.

Rosa caulicata. Supra . . ΔΡΟ. infra A. ΕΣΙΣ. Quæ nomina regum l. Prytanum habentur, Beg. th. Br. T. I. p. 412. Pal. 230. arg.

145. Idem cap. Solis l. Apollinis absque radiis. ΙΡΟΟΠCCΓ. Rosa caulicata. in ar. a dext. VIEC. Arg. suspectus.

146. Cap. muliebre eleganter comtum ad med. collum sinistr.

Typus prior. in ar. a dext. P. a sin. O.

147. Idem diff. & lit. P. ærugine obducta est.

148. Idem diff. & lit. O. sub ærugine latet.

149. Idem ⌉ differunt. lit. plane l. non existen-
150. Idem ⌋ tibus, l. non visibilibus. Sunt omnes ærei minutuli, quibus similes nec Beg. nec Agn. nec de Pfau delinearunt.

151. Cap. Solis radiatum ad hum. sin. Rosa caulicata in quadrato cum foliis. A dext. in ar. P. a sin. globulus. Similes, sed non eundem habet ex arg. Beg. in th. Br. p. 112. æs.

ROMA.

152. Cap. cum galea cristata ad hum. forsan dextr.

Cap.

Cap. equinum cum integro collo ad pect. finiftr. Haverc. T. III. n. 7. ad Morell. fimilem exhibet æreum. infra ROMA. ut & Beg. in th. Br. T. I. p. 358. & p. 278. ex arg. fub Aura Phidolæ equa. æs.

153. Cap. Romæ galeat. ad med. collum finiftr.

Typus prior. Retro culter vindemiatoris. infra ROMA. Haverc. t. 3. n. 7. ad Morell. & ad Par. tab. 139. n. 10. ex arg. fub Melita. æs.

154. Aquila l. Picus Martius finiftr. ftans & roftro ftellam quatuor radiis, l. alimenta tenens. Retro a dext. duo globuli, a fin. in lin. recta ROMA.

Lupa reflexo cap. finiftr. ftans, pueris nudis ubera præbet, quorum alter a dext. finiftr. elatis manibus in genu dextrum prolapfus, alter a fronte fedens & fugens, manus extendit. In Segm. duo globuli, Haverc. ad Morell. Tab. 3. n. 3. Agn. N. 399. de Pfau p. 213. Aer. nobili ærugine viridi obductus ad primam magnitudinem accedit.

155. Cap. Solis radiatum a fronte ad pect. cum pallio fibula conftricto.

Luna falcata cum globulo defuper & duabus ftellis. in ar. infer. ROMA. Haverc. ad Mor.

tab. 3. n. 4. Beg. th. Br. T. I. p. 528. de Pfau. p. 214. æs. m.

Aſſes Rom. juxta illorum ſubdiviſiones & tempora diverſa.

156. As. Cap. Jani barbatum.

Prora navis cum Aſſis nota. Magnæ molis & ineptiſſimæ fabricæ.

157. Semis. Cap. Jovis laur. infra S.

Prora navis ſupra S. Semiſſis nota ſex unciarum. Aes max. v. Molinet p. 49.

158. Quadrans. Canis. Symbolum fidelitatis: infra tres globuli.

Rota, fortunæ ſymbol. cum ejusmodi tribus globulis inſignita. Molinet. p. 52. Haverc. ad Par. tab. 124. n. 6. Aes max.

159. Stips. Cap. biceps.

Clava cum globulo. Literæ videntur Etruſcæ, æs. m.

160. Cap. Jani biceps, laur. & barbat. cum Aſſis nota.

Prora navis cum aſſis nota. infra ROMA. Haverc. tab. 2. n. 2. Aes.

161. Idem.
162. Idem.
163. Idem.
164. Idem.
} Differunt, & ſunt Sextantes, unciales duplices l. duarum unciarum, vel unciales.

165. Idem abſque barba.

166. Idem.

167. Cap. Jovis laur.
Prora navis cum Aſſis nota, detritis lit.

168. Cap. Romæ galeatum cum ſtipis nota.
Prora navis, in puppi præter duos navigantes clava Herculis cernitur. ROMA ſupra, infra ſtipis nota. Stipes hujus generis variæ magnitudinis & ponderis ſunt.

169. Idem.
170. Idem.
171. Idem.
} v. Beg. th. Br. T. I. p. 526. qui diff. & Haverc. ad Morell. Tab. 2. n. 10.

172. Stella l. ſidus cum globulo, ſtip. nota. Calix l. aliud vaſculum cum globulo ab una & ſigno λ ab altera parte.

173. Cap. Mercurii cum petaſo.
Prora navis cum clava Herculis nodoſa. ROMA. Haverc. ad Mor. tab. 2. n. 6. Molinet p. 55. Eſt etiam ſtips. æs.

174. Idem cum duobus navigantibus. v. aut. cit. & Agn. N. 405. usque 408.

175. Idem absque clava & remigantibus.

176. Idem. differt.

177. Idem.

178. Idem.

179. Idem.

180. Idem. cum duobus globulis ab utraque parte. Haverc. ad Par. sub Sicanis & Siculis. tab. 163. n. 9. æs. m.

181. Cap. Jovis laur. cum semissis nota S.

Prora navis cum labaro & serto S. infra ROMA. Agn. N. 396. 400. Haverc. tab. 2. n. 11. diff. æs. m.

182. Idem.

183. Idem super prora S. infra ROMA.

184. Idem minoris mod.

185. Idem ad latus proræ S.

186. Idem ⎤ sunt semisses Assium sextanta-
187. Idem ⎦ lium & uncialium. Molinet. p. 55.

188. Cap. Herculis imberbe: in rictu leonis retro tres globuli, Signum quadrantis.

Prora navis cum remigio singulari. Supra ROMA. infra nota quadrantis. Similem v. apud Haverc. tab. 3. n. 1. æs.

189. Idem. diff. æs.

190. Idem. Sunt quadrantes assium sextantalium & uncialium. Molinet. p. 55.

Omissi.

191. Equus libere currens a sin. dextr. supra duo globuli & sub pedibus duo visuntur.

Rota. aer. magnitud. maximæ.

192. Cap. galeatum imberbe ad collum sinistr.

Prora navis. infra quatuor globuli. aer. ejusdem magnitud.

193. Cap. imberbe galeat. dextr. Retro duo globuli & sub mento unicum.

Idem Cap. galeat. sinistr. Retro galeam adparent duo globuli. Diff. a prioribus magnitudine, sed crassior & ejusdem fere ponderis est, ut prior.

SVESA. Campan. Vrbs.

195. Cap. Palladis galeat. ad hum. dextr.

SVE-

SVESANO. a ſin. Gallus criſtatus erecto collo a dextr. ſiniſtr. ſtans, cum aſtro in ar. ſuper. a dext. R. P. Frölich. not. elem. p. 113. Cat. de Pfau p. 32. deſcribit cap. Martis. æs.

ARETHVSA. SYRAC.

195. Cap. muliebre Deæ Arethuſæ ad medium collum ſiniſtr. ſingulariter comtum, & quatuor piſcibus redimitum.

ΣΑΥΑΚΟΣΙΟΝ. Victor Olympicus vehitur ſtans a dext. ſiniſtr. in biga lenta, dextra haſtam, læva habenas tenens, ſupervolante Victoria. Notabilis ob inverſionem literarum. Similem v. in Beg. th. Br. p. 384. & Pal. p. 217. Haverc. ad Par. ſub Syracuſis tab. 40. n. 38. arg.

SYRACVSAE.

196. Cap. muliebre, forſan Dianæ, fluctuante capillo ſiniſtr.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Figura muliebris ſtans, dextra facem, læva haſtam puram gerit. Haverc. tab. 58. n. 3. æs. m.

197. Cap. Cereris ad med. collum dextr. ſpicis redimitum, detritis lit.

ΣΥΡΑ-

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Taurus ferociens a ſin. dextr. cornupeta, cum piſce ſuperius & inferius. Beg. th. Br. T. I. p. 386. rariſſimum deſcribit. Haverc. ad Par. tab. 60. n. 29. 30. & tab. 61. n. 31. 32. æs. m.

198. Cap. Cereris inauribus comtum absque epigr.

Typus prior. ſuper tauro piſciculus, infra ♋

Haverc. tab. 72. num. 172. ſq. æs. m.

199. Cap. Apollinis laur. ad hum. ſiniſtr. Ad ejus mentum poſita lyra videtur.

Pegaſus ſiniſtr. ad volatum deſultans: ſub ventre in ar. Delphinus, Valde ſimiles exhibet Haverc. ſub Syracuſis. arg. quin.

200. Cap. Cereris, ut in primo.

Typus prior dextr. verſus. Haverc. tab. 71. n. 32. ſub Syrac. & de Pfau. p. 585. ſub incertis ſimilem ſiſtit. æs. m.

201. Cap. Minervæ galeat. ad hum. ſin.

ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ. Diana tunicata & alata, denudatis mammis a fronte ſtans, elata dextra canem ad venatum excitatura percutiendo, Haverc. tab. 72. n. 146. & ſub Gelone tab. 145. n. 12. æs. m.

TE-

TENVS. Cycladum inſula.

202. Cap. Neptuni laur. & barbat. ad medium collum ſiniſtr.

Tridens erectis dentibus, ad cujus latera a dext. lit. T. a ſin. H· THNI. expreſſæ. æs.
N I

THASVS.

203. Cap. Bachi juvenile pulchrum ad hum. ſiniſtr. capillo circa tempora collecto. Frontem diadema in elephanti proboſcidem l. in cornu cincinnatum deſinens ornat, caput corona ex duabus roſis & tribus foliis hederæ nexa cingit, defluente duplici capillorum tractu per collum ad hum.

ΘΑΣΙΩΝ. ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ. ΣΩΤΗΡΟΣ. in ſegm. a ſin. AM in ar. a dext. inter clavam & pedem. Hercules nudus a fronte vultu dextr. verſo ſtans, dextra demiſſa clavam humi poſitam vaſtam & nodoſam tenet. A ſin. humero prominet pharetra ſagittis repleta, & a brachio dependent exuviæ leonis. Beg. th. Br. p. 423. & Pal. p. 263. de Pfau. p. 12. Agn. N. 17. vsque ad 22. Schulz. diſs. de numis Thaſiorum. Arg. max. f. tetradrachm.

204. Idem.

204. Idem.] diff. averſa & reverſa. Ex cap.
205. Idem.] cervice in ambobus numis tres capilli portiones per collum ad hum. libere defluentes dimittuntur: alter in poſtica ad medium usque typum ligone l. pala foſſoria diſſectus & perfoſſus eſt. arg.

206. Idem. cum duabus roſis quidem, quas alii botrum, ſ. baccas. ſ. flores alios exiſtimant, in corona hederacea expreſſis, ſed absque foliis hederæ deſuper prominentibus: a cervice per collum ad hum. duo cincinni fluctuantes pendent, tertius inter aurem & oculum obſervari licet. Numus elegans, ſed ligone læſus. arg.

207. Idem cap. ſed rudis fabricæ.

ΔΗΙΟΙΙ: V a dext. ⊔ΛΓ⁝ΞΟV.

a ſin. in lineis perpendic. ⊔ΖΙΟΞ.

in imo. Hercules absque pharetra, dextra demiſſa clavam libere tenet: inter clavam & pedem dextrum in ar. tres globuli expreſſi ſunt. Agn. n. 22. arg.

208. Idem, quoad cap. Bachi & typum Herculis primo ſimillimus.

ΣΩΤΚbΙΞoΞ. a dext. ΗΙΗΛΚΛΕoΥΕ. a ſin. in lin. perpend. ΟΑΣΙΩΝ. in ſegm. in ar. inter clavam

clavam & pedem dextrum Z. Arg. tetradr. vitioſus, rudis fabricæ.

THEA. Laconiæ Vrbs.

209. Cap. Apollinis Clarii laur. defluentibus capillis ad hum. dextr.

Pegaſus ſaliens ad volatum a ſin. dextr. detritis lit. Similem exhibet ex arg. Beg. in th. Br. T. I. p. 442. æs. m.

NVMI AFRICANI.

210. Cap. Leonis, Tigridis vel Pantheræ.

Arboris genus, Aurantia, cum pomis Aurantiis pendentibus. Haverc. ad Par. tab. 189. n. 2. hunc numum Quilielmo. II. regi Siciliæ ob adfinem ſimilitudinem duorum aliorum, ibidem depictorum numorum adſcribit, l. a Leontinis cuſum arbitratur. Oiſel. tab 32. ad Carthag. & Spanhem. de præſt. & uſu numiſm. T. I. p. 338. ad Mauritaniam l. Cyrenaicam urbem hoc numiſma elegantiſſimum refert. æs. m.

Numi Hiſpanici.

211. Cap. laurea & duplici margaritarum ordine ornatum ad med. collum ſiniſtr.

Eques dextr. decurrens, læva habenas, dextra elata

elata telum tenet. Super cap. equi O. sub pedibus anter. O. super cauda O. Co. in ar. sin. super. . ꓤB. in imo . . CCΛI. Numus crassus probi arg. & secundæ formæ.

212. Cap. laur. & barbat. ad med. collum sinistr. Eques galea cristata tectus, potius cum cauda equina super cap. dextra elata hastam tenet, lento passu equitans. arg. ut prior.

213. Cap. nudum & cincinnatum ad med. collum potius ad hum. sinistr.

Eques sinistr. vehens, dextra habenas, læva super dorsum ramum abietis l. alius arboris gerit. Sub pedibus equi E. æs m. rubiginis viridis.

NVMI GOTHICI.

214. 215. 216. In hisce numis figuræ & characteres tam monstrosi occurrunt, ut dignosci nequeant: quos itaque describere non potui, potius delineandos duxi secundum magnitudinem & formam. v. tab. I. n. 1. 2. 3. Catalogo præfixa. Argent. max. formæ.

NVMI GOTHICI, CELTICI, BARbari, Punici ex arg. major. formæ.

217. Cap. corolla ex triplici margaritarum ordine redimitum ad med. collum sinistr.

Eques inſolentioris figuræ, lento paſſu dextr. tendens. Numus craſſus probi arg. v. Cat. de Pfau. p. 582.


218. Idem cum charactere ad cervicem cap. . probi arg. rudioris fabricæ.

219. Idem cum cap. diverſo ad mentum vsque, probi arg. ſed maxime rudis fabr.

220 Idem cap. cum ore dimidio & equite ſiniſtr. tendente, puri arg. & inſoliti artificii, v. Cat. Chriſtii p. 14. ubi ſub num. 2. 3. 4. 5. 6. & 8. ſimillimos invenies.

221. Cap. laur. & barbat. ad med. collum ſin. Eques galeatus caudaque equina ornatus, lente dextr. vehitur. Probi arg. craſſus ſed barbaræ fabr.

222. Cap. idem.

Eques ſiniſtr. vectus, alterum brachium retro tergum extendit, alterum in ſublime extollit. A dext. in ar. ſuper: . ad os equi D. Sub pedibus  expreſſum. Numus ab antica parte artificii pulchri, a poſtica rudis, ſed probi arg.

223. Idem

223. Idem fere cap. & typus absque lit. & characteribus ex arg. puro.

I. . . V. . CV. . ISVIIPI. Videtur figura militaris paludata, a fronte vultu dextr. verſo ſtans, dextra protenſa ſcipionem, læva haſtam tenens. Subaer. rudis fabricæ & vitioſus.

M. C. LAT. POSHVMVS. Pat. & Fil.

1040. IMP. C. POSTVMVS. P. F. AVG. Cap. radiatum & barb. ad pect. cum palud. ſin.

HERC. PACIFERO. Hercules nudus ſtans tenet a fronte vultu dextr. verſo, ramum elatum dextra, clavam cum exuviis leonis laeva. R R R. v. Vaill. T. III. p. 5. Med. ex auro p. 392. Band. p. 292. C. I. Cim. Vind. p. 72. R R R.

1041. HERC. DEVSONIENSI. Hercules ſiniſtr. ſtans, dextra clavam, læva tenet exuvias leonis & arcum. Med. p. 392. diff. ut & Beg. th. Br. T. II p. 748. & Vaill. T. III. p. 4. Band. p. 291. C. II. Rar. ſi cum templo ſimul occurrit.

1042. NEPTVNO. REDVCI. Neptunus nudus in pallio dextr. ſtans, protenſa dextra Delphinum, læva tridentem tenet. Med. ex auro l. c. Band. p. 393. C. II. R. R. R.

1043. Idem adpoſita navis dimidia pro pedi-

 bus

bus a dextris, l. ancora, ut vult Band. l. c. Cim. Vind. p. 72. RRR.

1044. MONETA. AVG. Typus Monetæ cum bilance & cornu cop. vulgaris. Med. c. l. ex auro. Agn. N. 1275. Band. p. 293. C. I.

1045. FORTVNA. AVG. Typus Fortunæ conſuetus cum temone & cornu cop. Med. c. l. ex auro. Band. p. 292. C. I. Rar.

1046. FELICITAS. AVG. Mulier ſtol. ſtans dextra caduceum longum, læva cornu cop. gerit. Med. diff. typo p. 391. ex auro. Band. p. 290. C. II.

1047. FIDES. MILITVM. Mulier ſtol. ſtans ſignum militare erectum utriſque manibus tenet. Med. p. 392. ex auro. Band. p. 291. C. I.

1048. IOVI. STATORI. Jupiter nudus, a fronte vultu ſiniſtr. verſo ſtans, tenet. haſtam dextra, fulmen læva, Med. p. 392. diff ex auro. Band. p. 292. C. II.

1049. IOVI. PROPVGNATORI. Jupiter gradivus dextr. in pallio nudus, dextra fulmen tenet, læva aquilam. Med. c. l. ex auro & p. 394. ex Triſtano. Agn. N. 1274. diff. ut & Band. p. 292. C. II. Rar.

1050. VIRTVS AVG. Mars galeatus & in pallio nudus, ſiniſtr. ſtans dextra haſtam, læva clypeum tenet humi poſitum. Band. p. 296. C. II. Med. æreum exhibet p. 393. ex ind. Polat.

1051. Idem. diff. præſtans conſervatione.

1052. SAECVLI. FELICITAS. Imperator togatus ſiniſtr. gradivus, tenet. dextra haſtam I. ſpiculum transverſum, læva globum. Agn. N. 1288. Med. p. 393 ex Fæſch. duos diverſos ex auro recenſet. Vaill. hunc typum ex ære exhibet. p. 392. R R. Band. p. 295. C. I.

1053. MINER. FAVTR. Minerva galeata & tunicata, dextr. gradiens, dextra ramum protendit, læva haſtam & parmam tenet. Med. p. 392. ex auro. Vaill. T. III. p. 7. R R. v. notam Band. p. 293. C. I. Cim. Vind. p. 72. RR.

1054. LAETITIA. Superius. AVG. in imo.

——

Navis prætoria cum remigibus & gubernatore. Med. p. 393. ex Smetio & ind. Polatio æreum, argenteum in antica diverſum p. 392. ex Oiſel. & aureum ibid. profert. Band. p. 293. C. I.

1055. P. M. TR. P. COS. II. P. P. Miles galeatus & armatus a fronte vultu dextr. verſo ſtans, dextra globum, læva haſtam tenet. Med.

 p. 394.

p. 394. ſimilem ex auro deſcribit. Agn. N. 1276. Band. p. 294. C. I.

1056. Cap. radiatum & barb. ad pect. cum palud. ſin.

PAX. AVG. Pacis typus communis. Band. p. 294. C. I.

1057. PROVIDENTIA. AVG. Mulier ſtol. tenet ſtans dextra protenſa globum, læva haſtam transverſam. Agn. N. 1277. Band. p. 294. C. II.

1058. Idem. Subær.

1059. SALVS. AVG. Aeſculapius barbatus denudato pectore in pallio ſtans, dextra demiſſa baculum gerit & ſub brachio ſuſtinet, cui ſerpens involutus eſt. A dext. globus poſitus. Agn. N. 1278. Band. p. 295. C. II.

1060. IMP. C. POSTVMVS. P. F. AVG. Cap. radiatum, vultu & ore lanuginoſo, potius barbato, ad pect. cum palud. ſin.

VICTORIA. AVG. Typus Victoriæ tunicatæ gradientis conſuetus. Pro pedibus captivus revinctis poſt tergum manibus humi dextr. ſedet.

det. Band. p. 313. C. II. Semper Rar. v. notam primum l. c.

1061. SALVS. PROVINCIARVM. Rhenus ad infimum ventrem nudatus & bicornis, dextr. humi ſedens, dextra naviculam, læva arundinem inclinato brachio ſuper vas aquatile tenet. Med. p. 123. æreum ex Triſtano & Smetio profert. Vaill. T. III. p. 8. hunc numum Rar. & Elegantem ſub Poſtumo patre delineat. Band. p. 313. C. I. Rar. diff. tamen typo.

1062. HERC. DEVSONIENSI. Typus Herculis ſupra deſcriptus num. 1041. Band. c. l. Semper Rar.

1062. IMP. POSTVMVS. AVG.
VIRTVS. AVG. vel EQVIT. Mars galeatus & armatus in pallio volitante ſiniſtr. gradivus, dextra haſtam transverſam, læva clypeum gerit. Band. c. l. C. II. Semper Rar.

M. PIAV. VICTORINVS. Pater.

1063. IMP. C. VICTORINVS. P. F. AVG. Cap. radiatum & barb. ad pect. cum palud. ſin. SALVS. AVG. Mulier ſtol. dextr. ſtans, dextra

protenſa pateram ſerpenti ex ara proſilienti, porrigit, læva haſtam tenet. Band. p. 320. C. II. diff. typo poſticæ partis. Semper Rar. juxta Vaill. Eſt tinctus.

1064. IMP. C. VicTOrINVS. P. F. AVG. INVICTVS. a dext. in ar. Stella. Sol cap. radiato, & in pallio volitante nudus, dextr. gradiens, elata dextra, tenet læva flagrum. Band. p. 319. C. II. Vaill. T. III. p. 15. RR.

MARIVS.

1065. IMP. C. MARIVS. P. F. AVG. Cap. radiatum & barb. ad pect. cum palud. ſin.

SAEC. FELICITAS. Mulier ſtol. dextr. ſtans, dextra tenet caduceum, læva cornu cop. Band. p. 325. C. II. & ſub æreis p. 326. Rar. ex omni metallo. de Pfau. p. 496. ſub æreis. Vaill. T. III. p. 18. Rar.

TETRICVS. Pater.

1066. IMP. C. TETRICVS. Cap. radiatum ad pect. cum palud. ſin.

Mulier ſtol. ſtans dextr. tenet ſertum l. florem dextra, veſtem læva colligit, deroſis reliquis. Typus ſpei forſan. Band. p. 401. C. II. Simillimum

mum exhibet cum SPE. PVBLICA. Semper RR. mutil.

1067. Cap. radiatum ad peſt. cum lorica.

LAETITIA. AVG. N. Mulier ſtol. ſtans, dextra demiſſa corollam, læva anchoram gerit. Apud Band. l. c. cap. inſcriptio audit. IMP. TETRICVS. P. F. AVG. Tinctus.

1068. HILARITAS. AVGG. Mulier ſtol. ſtans dextra palmæ ramum oblongum, læva cornu cop. tenet. Band. c. l. C. l. R. R.

TETRICVS. Filius.

1069. C. PIVESV. TETRICVS. CAES. Cap. radiatum ad peſt. cum palud. ſin.

SPES. PVBLICA. Mulier ſtol. dextr. gradiens, dextra florem protendit, læva veſtem collectam tenet. Dubius. Deeſt in Band.

CLAVDIVS. GOTHICVS.

1070. IMP. CLAVDIVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad peſt. cum palud. ſin.

PAX. AVG. Typus pacis dextra oleam, læva haſtam transverſ. tenentis. Band. p. 334. C. II. Rar.

1071. IMP. P. C. CLAVDIVS. P. F. AVG.

VIRTVS. AVG. Miles armatus, galeatus & paludatus dextra lauri ramum gerit, ſtans, haſtæ admititur læva. A dext. clypeus adpoſitus eſt pedibus. Deeſt apud Band. & mihi fuſus videtur.

QVINTILLVS.

1072. IMP. C. M. AVR. Cl. QuintilLVS. AVG. Cap. radiat. ad pect. cum palud. ſin.

APOLlini CONS. in ar. A. a ſin. Tenet Apollo nudus, ſtans, dextra laurum, læva citharam ſaxis impoſitam. Med. p. 404. Vaill. & Agn. ex ære. Band. p. 356 C. I. RRR. Quem Med. ex arg. recenſet, diff. ex utraque parte.

1073. VR. CL. QVINTILL.

LAETITIA. AVG. in ar. a ſin. XII. Typus extat num. 1067. . Spurius & fuſus forſan, quem Band. non exhibet.

VABALATHVS.

1074. VABALATHVS. VCRIMDR. Cap. Vabalathi laur. ad pect. cum palud. ſin.

IMP. C. AVRELIANVS. AVG. in imo S. Cap. radiatum Aurel. ad pect. cum palud. sin. Med. p. 386. ex Tristano diff. in utraque inscript. Beg. in th. Br. T. III. p. 164. ex ære. Band. p. 395. C. II. R R R. Cim. Vind. p. 73. diff. R R R.

L. DOM. AVRELIANVS.

1075. IMP. C. AVRELIANVS. AVG. Cap. radiatum ad pect. cum lorica sin.

RESTITVT. ORBIS. Imperator paludatus stans dextr. tenet hastam læva, ex adverso stans Victoria Imperatori dextra corollam porrigit, læva non adparente. Ad pedes P. in area. XXI. infra. Subaer. ut reliqui. Similem, sed ex utraque parte diversum delineat Med. p. 407. Band. p. 370. C. I. tres tantum ejusmodi numos & omnes a meis diversos exhibet. p. c.

1076. Idem. cum lit. T. inter duas figuras in ar. XXI. infra.

1077. Idem cum lit. V. in ar. XXI. infra p. c.

1078. Idem absque num. & lit. in ar. In imo ☾. p. c.

1079. Idem cum lit. M. vel Λ infra. Band. p. 370. C. I.

1080. IMP. AVRELIANVS. AVG.

ORIENS. AVG. infra XXI. R. Sol. cap. radiato sinistr. in pallio nudus gradiens, dextra ramum, læva arcum tenet inter duos captivos. Med. p. 405. aer. describit. Band. p. 369. delineat solem stantem, lævo pede captivum conculcantem, & dextra ramum, & læva flagrum tenentem. Subaer.

1081. ORIENS. AVG. in imo T. Sol cap. rad. dextr. stans, nudus in pallio, a brachio sin. pendente, inter duos captivos, humi revinctis post tergum manibus sedentes, dextra elata, læva globum protendit, dextraque pede dorsum captivi a dext. premit: captivus a sin. caput dextr. reflectit. Band. p. 369. C. I. diff. Videtur deargenteatus. p. c.

SEVERINA.

1082. SEVERINA. AVG. Cap. Sever. ad pect. cum stola lunaque bicorni ad hum. sin.

CONCORDIAE MILITVM. in imo P. XXI. vel T. Mulier stol. dextr. stans, utraque manu signum milit. erectum tenet. Band. T. I. p. 391. C. I. diff. p. c.

1083. Idem in ar. a ſin. Γ. in imo XXI. R. Diff. Band, l. c. p. c.

TACITVS.

1084. IMP. C. M. CL. TACITVS. AVG. Cap. radiatum ad pect. cum palud. ſin.

AEQVITAS. AVG. infra XXIΓ. Aequitatis typus communis. Med. p. 410. ex aere diff. Band. p. 416. C. I. ſemper rar. tinctus. p. c.

1085. PROVIDENTIA. AVG. Mulier ſtol. dextr. ſtans, dextra bacillum, læva cornu cop. tenet. Pro pedibus globus a dext. In ar. a ſin. A. infra XXI. Beg. Agn. & Med. diff. ære & typo. Deeſt in Band. Tinctus. Rar. o. c.

1086. Idem cum cap. radiato ad pect. cum lorica, absque lit. in ar. poſticæ. In imo XXIA. Deeſt in Band. Tinctus l. Subaer.

1087. LAETITIA. FVND. in imo XXIB. Typus num. 1067. delineatus. Agn. N. 1408. ex ære. R R. Apud Band. non extat. R. R. p. c.

1088. Cap. radiat. ad pect. cum lorica. ſin.

CLEMENTIA. TEMP. in imo XXIZ. Typus mulieris ſtol. dextr. ſtantis decuſſatis pedibus,

bus, haſtam tenentis dextra, lævo cubito columnæ innixo. In Band. deeſt. o. c.

FLORIANVS.

1089. IMP. C. M. AN. FLORIANVS. AVG. Cap. radiat. & paululum barbat. ad pect. cum palud. ſin.

VIRTVS. AVGVSTI. in imo IIII. Imperator paludatus, a dext. ſiniſtr. gradivus, lævo pede captivum revinctis poſt tergum manibus & cap. reflexo humi dextr. ſedentem premit, dextra ſpiculum transverſum, læva clypeum gerens. R R. quidem, ſed dubius. Quem Band. p. 432. C. II. delineat, totus diff. typo.

PROBVS.

1090. VIRTVS. PROBI. AVG. Probus cap. galeato & radiato cum lorica ad pect. dextr. ſuper humero dextra haſtam, læva clypeum punctatum gerit.

1091. CONCORD. MILIT. in ar. a dext. E. in imo P. XXI. Typus occurrit ſub num. 1082. Band. p. 447. C. II.

1092. SECVRIT. PERP. in ar. a dext. I. in imo VIXXI. Mulier ſtol. decuſſatis cruribus dextr. ſtans, lævo cubito columnæ innixa.

xa. Dextram elatam capiti admovet. Deeſt in Band. o. c.

1093. IMP. C. PROBVS. AVG. Cap. radiat. ad peƈt. cum trabea, ſceptrum cum aquila dextra gerit, læva non apparente.

SECVRIT. PERP. in ar. a ſin. I. in imo VIXXI. Mulier ſtol. ſtans decuſſatis pedibus ſiniſtr. dextram elatam capiti imponit, læva ſtolam colleƈtam tenet, cubito lævo columnæ innixa. In Band. non extat. p. c.

1094. MARTI. PACIF. in ar. a dext. I. in imo Q. XXI. Mars galeatus & armatus dextr. gradivus, dextra elata oleam, læva ſpiculum & clypeum gerit. In Band. non inventus. o. c.

1095. IMP. C. PROBVS. P. F. AVG. Cap. radiatum ad peƈt. cum lorica ſin.

HERCVLI. PACIF. infra SXXT. Hercules nudus dextr. ſtans, dextra elata ramum, læva clavam & exuvias leonis tenet. Med. p. 415. ex ære. Band. p. 448. C. I. in cap. diff. Rar. Subaer. l. tinƈtus.

1096. PAX. AVG. in imo XXIQ. Typus Pacis vulgaris. Agn. N. 1422. lit. Q. in ar. a ſiniſt. obſervat. Tinƈtus.

1097.

1097. TEMPOR. FELICIT. a dext. in ar. R. Mulier ſtol. ſiniſtr. ſtans tenet dextra caduceum longum, læva cornu cop. Med. p. 414. ex ære in ar. B. Band. diff. in ar. & in imo poſt. p. 452. C. I. Rar. Subaer.

1098. IMP. C. M. AVR. PROBVS. P. F. AVG. Probus cap. radiato ad pect. cum trabea dextr. ſcipionem cum aquila gerit dextra.

SOLI. INVICTO. in imo CXXIM. Sol cap. radiato a fronte & in pallio a brachio ſin. pendente nudus, inſiſtens quadrigis, duobus equis dextr. & duobus ſiniſtr. decurrentibus, læva tenet flagrum & habenas, dextra expanſa & elata. Tres ſimiles quidem, ſed hunc Band. non deſcribit.

1099. IMP. C. M. AVR. PROBVS. AVG. Cap. radiatum ad pect. cum palud.

CONCORD. MILI. infra. PXXT. Imperator paludatus a dext. & mulier ſtol. a ſin. ſtantes, vultu ad ſe invicem converſo, dextras jungunt. Med. p. 412. diff. infra & p. 413. ex ære. Band. p. 447. C. II. diff. in utraque inſcript. Rar. v. notam. prim. p. 445. Subaer. p. c. —

1100. Cap. radiatum ad pect. cum lorica ſin.

CON-

CONSERVAT. AVG. infra XXIS. ſol. cap. radiato dextr., nudus in pallio ſtans, dextra protenſa, læva globum palliumque brachio ſuperinjectum tenet. Med. p. 414. ex auro absque typo. Band. l. c. Rar. Vaill. T. III. p. 35. aur. Subaer. p. c.

1101. Idem. in imo T. XXT. & cum cap. radiato ad pect. cum palud. ſin. Band. l. c. diff. p. c.

1102. Idem. Sol. dextr. gradivus, dextra alata, læva tenet ſcuticam in pallio volitante. Deeſt in Band. Tinctus.

1103. Probus cap. radiato ad pect. cum trabea dextr. gerit dextra Sceptrum, cui inſiſtit aquila.

FIDES. MILIT. infra VIXXT. Typum quære ſub num. 1082 . . In Med. & Band. deeſt. Rarior. Subaer.

1105. Cap. radiat. ad pect. cum lorica ſin.

MARTI. PACIFERO. infra II. Mars galeatus in pallio ab hum. pendulo, dextr. ſtans, dextra laurum, læva haſtam tenet. Ad pedes a dext. adpoſitus clypeus. Med. p. 416. ex ære. Band. p. 449. C. I. Rar. Subaer. p. c.

1106.

1106. Cap. radiat. ad pect. cum palud.

RESTITVT. SAEC. in imo VIXXT. Imperator paludatus dextr. ſtans, dextra protenſa globum, læva haſtam gerens, coronatur a Victoria tunicata retro adſtante, lævaque palmam tenente. Band. ſilet. o. c.

1107. ROMAE. AETERNAE. in imo RA. Roma galeata & ſtol. dextr. ſedens in templo ſex columnis, tecto acuminato tribusque gradibus conſpicuo, dextra protenſa Victoriolam, læva haſtam tenet. Eundem Band. non habet. p. c.

1108. CLEMENTIA. TEMP. inter utramque figuram in ar. A. infra XXI. Jupiter in pallio nudus dextr. ſtans, læva haſtam gerit, dextra Imperatori ex adverſo ſtanti paludato, dextram protendenti & ſcipionem cum aquila ſuperimpoſita læva tenenti, globum porrigit. Band. T. I. p. 446. diff. ex utraque parte. Med. hunc non exhibet. Subær.

1109. Probus cap. galeato & radiato ad pect. cum lorica dextr. gerit dextra ſuper hum. ſpiculum, læva clypeum l. umbonem.

VIR-

VIRTVS. PROBI. AVG. in imo KAR. Imperator eques ſiniſtr. decurrens, dextra haſtam læva clypeum gerit, hoſtemque in genu ſin. prolapſum, manibus elatis abjectoque clypeo ſupplicem, impetit. Band. p. 453. C. II. Vaill. T. III. p. 31. ex auro p. c.

1110. IMP. PROBVS. P. F. AVG. Cap. radiatum ad pect. cum lorica ſin.

FIDES. MILITVM. infra R. fulmen C. vel Q. Typus occurrit ſub num. 1082. Med. p. 413. æreum exhibet ex Fæſch. Deeſt in Band. Subaer. potius tinctus.

1111. IOVI. CONS. PROB. AVG. in imo R. fulmen P. Typus Jovis nudi in pallio, dextr. ſtantis, dextra fulmen, læva haſtam tenentis, pendente ab hum. pallio. Band. p. 448. C. II. Tinctus. o. c.

1112. IMP. PROBVS. AVG. Probus cap. galeato & radiato ad pect. cum lorica, dextra haſtam ſuper humero, læva ſcutum tenet punctatum, dextr.

ADVENTVS. AVG. Imperator pacificatoris habitu equo dextr. vectus, dextra elata, læva haſtam l. ſcipionem tenet. Pro pedibus equi a

dext. ſedet revinctis manibus captivus. Vaill. Beg.. in th. Br. p. 767. diff. in imo R. ЗЄ Γ ex auro. Oiſel. Med. p. 415. ex ære & p. 417. argent. ex P. Minio in antica epigr. diverſum exhibet. Et de hoc ſilet Band. o. c.

1113. VICTORIA. AVG. Victoria tunicata dextr. gradiens, dextra lauream protendit, læva gerit trophæum : in imo R. ✱ S. Band. T. I. p. 452. C. I.

1114. Probus cap. radiato ad pect. cum trabea dextr. aquiliferum ſceptrum dextra gerit.

SOLI. INVICTO. in imo R. * B. Sol cap. radiato & in pallio volitante nudus, citis quadrigis inſiſtens, dextram elatam protendit, læva ſcuticam habenas & globum tenens, dextr. vehitur. Band. hunc non habet, ſed alium p. 451. C. II. o. c.

1115. Cap. radiat ad pect. cum lorica.

VICTORIA GERM. in imo R. ſertum A. Trophæum erectum inter duos captivos, revinctis manibus poſt tergum humi ſedentes. Band. p. 452. C. II. o. c.

1116. Idem in imo R. ◡. A.

1117. Idem. in imo R. ◡. A. Hos duos non habet Band.

1118. PROBVS. P. F. AVG.

FIDES. MILITVM. Typus extat num. 1082. Beg. th. Br. diff. in ar. R. fulmen C. Med. ex ære omnes diſſimillimos deſcribit. In Band. deeſt. Subær. p. c.

1119. IOVI. CONS. PROB. AVG. infra R. fulmen B. Typus Jovis num. 1111 delineatus Beg. Th. Br. T. II. p. 768. ex ære. Med. p. 412. diff. poſtica ex P. Minio. Band. p. 448. C. II.

1120. Cap. radiat. ad pect. cum trabea & aquilifero ſceptro.

SOLI INVICTO. infra R. fulmen Γ. Typus occurrit num. 1114. Med. p. 415. ex ære Band. p. 451. diff. in cap. & epigr. antica. Rar. Subær. vel tinctus.

1121. Cap. radiat. ad pect. cum lorica ſin.

VICTORIA. GERM. in imo R. fulmen A. Typus ut ſupra. Band. p. 452. C. I. o. c.

1122. VIRTVS. PROBI. INVICTI. AVG. Probus cap. rad. & galeato ad pect. cum lorica dextr. ſuper hum. ſpiculum dextra, clypeum læva punctatum gerit.

1123. SECVRIT. PERPET. in ar. a ſin I. in imo VIXXI. Typus ſub num. 1092. obvius. In Band. deeſt o. c.

CARVS.

1124. IMP. C. M. AVR. CARVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad pect. cum palud. ſin.

VICTORIA. AVGG. in imo RA. Typus Victoriæ vulgaris. Apud Band. non extat. Semper Rar. o. c.

1125. IMP. CARVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad pect. cum lorica sin.

PAX EXERCITI. in imo PXXI. Pax. stol. dextr. stans, dextra elata oleam, læva Signum milit. erectum tenet. Band. p. 50. C. I. p. c.

1126. DIVO.CARO.PIO.Cap.rad. ad hum. sin.

CONSECRATIO. Aquila expansis alis dextr. stans, cap. & rostro sinistr. reflexo elatoque. in imo III. Band. l. c. Rar. Vaill. T. III. p. 38. p. c.

NVMERIANVS.

1127. IMP. NVMERIANVS. AVG. Cap. laur. ad pect cum palud. sin.

VENERI. VICTRICI. Mulier stol. dextr. stans, Victoriolam dextra, læva pomum tenet. impositum pyramidi parvulæ, l. aliud quidpiam. Band. p. 814. C. l. diff. totus RRR. & Pereximius. Diff. etiam Vaill. T. III. p. 43. Aur. 1½. Duc.

1128. IMP. NVMERIANVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad pect. cum palud. sin.

PRO-

PROVIDENT. AVGG. infra VIXXI. Agn. N. 1472. Med. p. 421. æreum exhibet ex Fæſch. Band. p. 515. T. I. C. II. Semper Rar. Subær. p. c.

1129. Idem. infra VXXI. Mulier ſtol. dextr. ſtans, dextra ſpicas ſuper panarium l. modium a dext. adpoſitum tenet, læva cornu cop. Med. ex ære I. c. Apud. Band. non extat. Subær.

1130. Cap. radiat. ad pect. cum lorica & palud. ſin.

IOVI. VICTORI. in imo KAB. Jupiter in pallio ab hum. pendulo nudus dextr. ſtans, dextra protenſa Victoriolam, læva haſtam tenet. Ante pedes a dext. Aquila expanſis alis capite reflexo elatoque adſtat. Rar. Band. p. 514. C. I. p. c.

CARINVS.

1131. IMP. CARINVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad pect. cum lorica ſin.

AEQVITAS. AVGG. in imo KAZ Aequitatis typus conſuetus. In Band. deeſt. o. c.

1132. FELICIT. PVBLICA. in imo TXXI. Mulier ſtol. dextr. ſtans decuſſatis pedibus, dextra elata, lævam columnæ imponit. p. c.

1133. M. AVR. CARINVS. NOB. CAES.

Ead. epigr. in imo KA∈. Princeps paludatus dextr. ſtans, dextra labarum, læva haſtam tenet. Rar. ſed dubius. Bandurio incognitus. p. c.

1134. CARINVS. AVGVSTVS. Cap. laur. ad hum. ſin.

Aquila expanſis alis reflexoque cap. ſiniſtr. ſtans. Epigr. detrita. Conſecratio, ut opinor. Subær.

DIOCLETIANVS.

1135. IMP. C. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Cap. radiat. ad pect. cum palud. ſin.

CONCORDIA. MILITVM. In ar. inter utramque figuram B. infra ALE. Imperator paludatus a dext. ſiniſtr. verſus læva ſceptrum & figura militaris a ſin. dext. læva haſtam, ambo vero dextris Victoriam globo inſiſtentem tenent ſtantes. Med. p. 423. diff. infra ex P. Minio. & Band. poſtica. T. II. p. 10. C. I. Numi Dioclet. ex argento non ſunt obvii. Subær.

1136. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS. P. F. AVG.

FELICITAS. AVG. in ar. a dext. Δ I. D. Mulier ſtol. dext. ſtans pedibus decuſſatis tenet

dextra

dextra caduceum, lævo cubito columnæ impofito. Med. p. 423. ex Patino diff. ex ære. Band. T. II. p. 28. C. I. ex ære R R. dicit, argent. non habet. Tinctus. p. c.

1137. Cap. radiat. ad pect. cum lorica.

IOVI. CONSERVAT. in imo SXXI. Jupiter in pallio nudus, dextr. ftans, dextra fulmen, læva haftam tenens, parvulum paludatum a dext. adftantem protegit. Band. T. II. p. 10. C. II. RRR. p. c.

1138. DIOCLETIANVS. AVG. Cap. laur. ad hum. fin.

VIRTVS. MILITVM. in imo R. I. A. Caftra fex turribus infignita, quorum ante portam duo milites a dext. & totidem a fin. tripodi vultu ad fe invicem verfo adftant, facrificaturi. Band. p. 12. C. II. Agn. N. 1483. diff. Nunquam obvius.

1139. IMP. DIOCLETIANVS. AVG. Cap. radiat. ad pect. cum palud. fin.

IOVI. CONSERVAT. AVG. in imo XXIΞ. Typus Jovis nudi finiftr. ftantis, quoad cetera idem cum num. 1137. A dext. aquila cum fexto in roftro. Similem, fed hunc Band. non habet. T. II. p. 11. C. I. p. c.

1140. IOVI. CONSERVAT. AVGG. in imo XX. corolla IB. Idem cap. idemque typus. Non inventus in Band.

MAXIMIANVS. HERCVLEVS.

1141. IMP. MAXIMIANVS. P. AVG. Cap. radiat. ad pect. cum lorica sin.

PAX. AVGG. infra B. Mulier stol. dextr. stans, dextra Victoriam globo impositam, læva hastam transversam tenet. Med. p. 434. ex Tristano æreum profert. Band. T. II. p. 53. C. II. describit trabeam pro lorica. Vaill. T. III. p. 55. Maximianos ex arg. non obvios esse dicit. Argento tinctus.

1142. IMP. C. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Ead. epigr. Infra O. I. Q. I. S. Typus idem. Med. c. l. In Band. deest.

1143. MAXIMIANVS. AVG. Cap. laur. ad hum. sin.

VIRTVS. MILITVM. in imo D. Typus extat sub num. 1138. Beg. in th. Br. T. II. p. 681. diff. lit. C. pro D. Med. p. 431. 432. diff. in duobus aureis delineatis. Vaill. T. III. p. 70. hunc numum Rarum sub Galerio Maximiano delineat. Band. T. II. p. 54. C. I. p. c.

1144.

1144. F. ADVENT. AVGG. N.N. in imo S. Mulier tunicata in pallio ſingulari, cum proboſcide ſupra caput, dextr. ſtans dextra vexillum, læva elephantis dentem tenet. A dext. leo & taurus pro pedibus cubant. Rar. Band. p. 52. C. II. Vaill. T. III. p. 56. RR. Beg. th. Br. T. II. p. 787. o. c.

1145. IMP. MAXIMIANVS. AVG. Cap. radiatum ad hum. cum palud.

PAX. AVGG. in imo B. Mulier ſtol. dextr. ſtans, protenſa dextra victoriolam globo impoſitam, læva haſtam transverſam tenet. Tinctus.

1146. Idem cum cap. rad. ad pect. cum lorica. Pax dextra elata oleam gerit. Tinctus.

1147. Idem cum cap. rad. ad pect. cum trabea & dextra ſceptrum cum aquila ſuperimpoſita gerente. Typus ſuper & tinctus. Superiores deſunt apud Band. & hic p. 53. C. II. diff. in globo pro Sceptro a parte cap. p. c.

1148. IMP. C. VAL. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Cap. rad. ad pect. cum palud.

VIRTVS. AVG. Hercules nudus dextra poſt tergum reducta, ſtans ſiniſtr. inclinato corpore

 clavæ,

clavæ, humi positæ exuviisque leonis obtectæ, læva nititur. Quem Band. T. II. p. 54 C. l. describit, diff. inscript. antica. Apud. Vaill. T. III. p. 60. RR. audit. Tinctus.

1149. IMP. C. M. A. MAXIMIANVS. P. F. AVG.

CONCORDIA. MILITVM. Jupiter a sin. & a fronte nudus in pallio, a brachio sin. pendente, hastam. læva tenet. A dext. Imperator paludatus & laur. læva scipionem gerit, ambo vero vultu ad se invicem verso victoriam globo impositam dextris stantes sustinent. Apud Band. non inventus: mihi deargenteatus videtur. p. c.

FL. VALER. CONSTANTIVS.

1150. CONSTANTIVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. sin.

VBIQVE. VICTORES. in segm. TR. Imperator paludatus, laur. & loricatus, inter duos captivos humi sedentes stans, quorum a dext. manibus post tergum revinctis, reflexoque cap. sursum respicit, alter dextra in sinum composita, caput læva sustinet, gerit dextra hastam transversam, læva globum protendit. In Band. & Vaill. desideratur, qui omnes RR. nuncupat.

Est

Eſt ſingularis quam maxime & RRR. Aur. 1$\frac{1}{2}$. Duc. o. c.

GALER. VALER. MAXIMIANVS.

1151. GAL. VAL. MAXIMIANVS. NOB. C. Cap. radiat. ad pect. cum palud. ſin.

PRINCIPI. IVVENTVT. In ar. a ſin. R. in imo XXIΓ. Princeps paludatus dextr. ſtans, læva haſtam, dextra tenet ſignum milit. erectum. In Band. deeſt.

MAXENTIVS.

1152. IMP. C. MAXENTIVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. ſin.

CONSERV. VRB. SVAE. infra R. I. vel RS. Templum acuminatum, ſtatuis, ſex columnis & tribus gradibus conſpicuum, cui Roma galeata & tunicata vultu dextr. verſo inſidet, dextra globum, læva haſtam tenens. RRR. & ſingularis juxta Vaill. T. III. p. 72. R. juxta Band. qui alios diverſos, ſed eundem non delineat T. II. p. 150. C. I. Eſt med. formæ.

1153. MAXENTIVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud.

Epigr.

Epigr. ead. in imo R. T. Typus idem. Numus sec. moduli, sed dubius, qui apud Band. non extat.

1154. Cap. laur. ad hum. dextr.

VICTORIA. AETERNA. AVG. N. in segm. MOSTP. vel S. Victoria tunicata sinistr. stans, læva clypeum cippo impositum tenet, dextroque pede basi insistit. Retro captivus aversus humi sedet manibus post tergum revinctis. Deest in Band. Rar.

CONSTANTINVS M.

1155. D. N. CONSTANTINVS. P. F. AVG. Cap. velatum ad hum. sin.

Imperator velatus & togatus, insistens citis quadrigis, dextramque versus manum aliam desuper quasi extollens, læva habenas laxatas equorum a dextr. sinistr. dirigit. Literæ in imo legi nequeunt. Est typus apotheoseos. Band. nullum exhibet. Tinctus.

1156 IMP. CONSTANTINVS. MAX. AVG. Cap. galeatum & laur. ad pect. cum lorica sin.

VICTORIAE. LAETAE. PRINC. PERP. in imo

imo SR. Duæ victoriæ alatæ & stol. vultu ad se invicem verso, stantes, ambabus manibus clypeum arae intermediæ impositum, tenent, cui inscriptum est VOT. PR. duabus lin. Band. p. 255. ab utraque parte diversum delineat. C. I. Tinctus.

1157. IMP. CONSTANTINVS. AVG. Cap. laur. ad hum. sin.

IOVI. CONSERVATORI. a dextr. in ar. B. infra SIS. Jupiter nudus in pallio ab hum. pendulo dextr. stans, tenet dextra victoriolam, læva hastam. Ad pedes a dext. adstat Aquila, rostro sinistr. reflexo sertum tenens semper Rar. Beg. in th. Br. T. II. p. 804. diff. ex ære. Med. & Band. silent. Subaer. p. c.

1158. Princeps cap. galeato ad pect. palud. dextr. super hum. dextro spiculum gerit.

VICTORIAE. LAETAE. PRINC. PERP. Typus extat num. 1156 infra PTR. Med. p. 462. 463 & 464. diff. Band. T. II. p. 254. C. I. Beg. th. Br. T. II. auro p. 802. Rar.

1159. CONSTANTINVS. AVG. Cap. laur. ad hum. sin.

D. N. CONSTANTINI. MAX. AVG. in imo

TSAVI.

TSAVI. Laurea, cui duabus lin. insculptum legitur: VOT. XX. Band. hujus non meminit. p. c.

1160. CONSTANTINVS. P. F. AVG.

GLORIA. EXERCITVS. GALL. Figura equestris paludata finistr. vecta læva habenas moderatur, dextra elata. in imo PTR. Vaill. T. III. p. 89. Med. & cit. Fæsch. ex auro hunc numum delineant p. 460. Band. hunc non vidit. Rar. R. P. Khell. in subpl. Vaill. p. 240. R. o. c.

1161. VRBS. ROMA. Cap. Romæ galeatum ad pect. cum lorica dextr.

Lupa dextr. stans ubera præbet reflexo sinistr. cap. duobus puerulis sub ventre humi & ex adverso adsidentibus cum duabus desuper stellis & serto. infra TRP.

1162. Idem infra T. R. P. Beg. th. Br. T. II. p. 807. ex ære. Band. it. sistit æreos, non argenteos T. II. p. 305. Subaer.

1163. CONSTANTINOPOLIS. Cap. gal. & laur. ad pect. cum lorica dextr. sceptroque retro ad hum. adposito, juvenile.

Victoria tunicata dextr. navi dextro pede insistens, hastam dextra, clypeum læva tenet, humi

mi positum, infra TRP. Med. æreum profert p. 467. ex Patino. Beg. in th. Br. T. II. p. 807. & Band. T. II. p. 303. æreos exhibent, nullum argenteum. Subaer.

FLAV. MAX. FAVSTA.

1164. FLAV. MAX. FAVSTA. AVG. Cap. Faustæ ad pect. cum stola & monili circa collum sin.

SPES. REIPVBLICAE. in imo BSIS. Mulier stol. dextr. stans, puerulos nudos, dextrasque extollentes, ulnis complexos tenet. RR. Band. p. 307. C. II. o. c.

CRISPVS.

1165. FL. IVL. CRISPVS. NOB. CAES. Cap. laur. ad pect. cum palud. sin.

CLARITAS. REIPVBLICAE. in ar. a dext. F. a sin. T. infra BTR. Sol. cap. radiato dextr. stans in pallio nudus, dextra elata, læva pallium & globum sustinet. Med. p 471. in notam. Sed æreum describit, ut & Beg p. 809 T. II. th. Br. Band. nullum habet. Semper Rar.

FL. CL. CONSTANTINVS. Jun.

1166. CONSTANTINVS. IVN. N. C. Cap. laur. ad pect. cum palud. sin.

BEA-

BEATA. TRANQVILLITAS. A dext. in ar. C. a ſin. R. in imo PLC. Ara quadrata cum globo & tribus deſuper ſtellis. Aræ inſculptum eſt tribus lin. VOTIS. XX. Deeſt in Band. Deargenteatus videtur. p. c.

1167. Cap. laur. ad hum. ſin. CONSTANTINVS. IVN. NOB. C.

CAESARVM. NOSTRORVM. in imo TSIS. *. Corona laurea, cui ineſt duabus lin. VOT. V. Band. ſilet.

FL. IVL. CONSTANS.

1168. FL. IVL. CONSTANS. P. F. AVG. Cap. diademate ex margaritis cinctum ad pect. cum palud. ſin.

VICTORIA. DD. N.N. AVGG. in imo TR. Victoria tunicata & ſuccincta dextr. gradiens, corollam lauream dextra, palmam læva gerit. Band. p. 354. C. II. Beg. th. Br. p. 812.

MAGENTIVS.

1169. Cap. Magn. nudum ad pect. cum palud. ſin.

A ☧ Ω Epigr. ex utraque parte detrita: ideoque ad Decentium quoque ſpectare poteſt.

Nec

Nec ſub Decent. nec ſub Magnentio in Band. extat.

1170. D. N. MAGNENTIVS. P. F. AVG. Cap. nudum ad pect. cum palud. ſin. In ar. retro Cap. A.

GLORIA. ROMANORVM. literis in imo detritis. Imperator paludatus a dext. ſiniſtr. equo vectus, dextraque haſtam, læva habenas tenens, hoſtem ex adverſo in genua prolapſum, manusque ſupplices expandentem, perfoſſurus impetit. Sub equo clypeus cum ſigno milit. fracto projectus, & in ar. ſuper capite equi expreſſa eſt ſtella. Band. p. 403. C. I. Semper Rar.

DECENTIVS.

1171. D. N. DECENT. . . . Cap. nudum ad pect. cum palud. ſin. Literæ A. a ſin. in ar. conjectura tantum adeſt.

VICTORI. in imo TR. Duæ Victoriæ tunicatæ ex adverſo ſtantes, clypeum ambabus manibus columnæ ſuperimpoſitum ſuſtinent, cui inſcriptum quatuor lineis: VOT. V. MVLT. X. Similis, ſed non idem a Band. deſcribitur p. 412. C. I. Semper R.

FL. IVL. CONSTANTIVS.

1172. D. N. CONSTANTIVS. NOB. CAES. Cap. nudum ad hum. sin.

VOTIS. V. MVLTIS. X. quatuor lin. in corona laur. Band. diff. p. 377. C. I. in imo A. Q. P. c.

1173. FL. IVL. CONSTANTIVS. NOB. CAES. Cap. laur. ad pect. cum lorica sin.

GLORIA. EXERCITVS. infra SMANZ. Duo milites galeati & armati, vultu ad se invicem verso stantes cum hastis & peltis, intermediis duobus signis milit. Med. p. 490. diff. ex utraque parte. Deest in Band. Subaer.

1174. CONSTANTIVS. P. F. AVG. Cap. diademate cinctum ex lapillis ad pect. cum palud. sin.

VICTORIA. AVGVSTI. infra R. Typus extat num. 1168. Band. T. II. p. 375. C. II. Med. tacet.

1175. Idem cap. sed laur. CONSTANTIVS. P. F. Aug.

VI-

VICTORIAE. DD. AVGG. Q. NN. Duæ Victoriæ tunicatæ & ſuccinctæ ex adverſo gradientes, elatis dextris corollam, lævis palmam tenent. In ar. inter victorias S ſic. in imo T

ALE. In Band. non inventus.

1176. Cap. diadem. ex gemmis & margaritis cinctum ad pect. cum palud. DN. CONSTANTIVS. P. F. AVG.

GLORIA. ROMANORVM. in imo RPLC. Typus num. 1170. obvius. Stella ſuper cap. equi conſpicua in hoc deeſt. Apud Band. non inventus. Eſt med. formæ.

1177. VOTIS. XXX. MVLTIS XXXX. quatuor lin. in corona laurea includitur. In imo SΔ. Majoris ſolito moduli. Similes, ſed non eundem delineat Band. p. 377. C. I. ut & Agn. N. 1812. & 1813. p. c.

FL. CLAVD. IVLIANVS.

1178. FL. CL. IVLIANVS. P. F. AVG. Cap. diademate ex gemmis & margaritis cinctum, ad pect. cum palud. ſin. imberbe.

VICTORIA. DD. NN. AVG. in imo LVG.

Victoriæ tunicatæ ſuccinctæque gradientis typus conſuetus. Band. p. 427. C. II. Cimel. Vind. p. 76. RR. p. c.

1179. D. N. IVLIANVS P. F. AVG.

VOTIS. V. MVLTIS. X. quatuor. lin. in corolla laur. In imo P. CON. Band. p. 428 C. II. Agn. N. 1891. diff. totus. Beg. th. Br. p. 823.

1180. D. N. FL. CL. IVLIANVS. P. F. AVG. Cap. diadem. cinctum & barbat. ad pect. cum palud.

VOT. X. MVLT. XX. quatuor lin. includitur corona laur. infra P. CONS. Med. ex Fæſch. p. 498. diff. in imo, ut & Beg. in th. Br. p. 823. T. II. Band. T. II. p. 429. C. II.

VALENTINIANVS.

1181. D. N. VALENTINIANVS. P. F. AVG. Cap. diademate ex margaritis & lapillis cinctum ad pect. cum palud. ſin.

VIRTVS. ROMANORVM. in imo AQPS. Roma galeata & tunicata dextr. ſedens denudato lævo pede, tenet dextra globum, læva haſtam. Med. diff. in imo p. 504. it. Beg. in th. Br.

Br. T. II. p. 825. typo & infra. In Band. desideratur. Eximie servatus & RRR.

1182. VRBS. ROMA. in imo LVGS. Roma galeata & stol. spoliis dextr. insidens, dextra victoriolam globo impositum sustinet, læva hastæ nititur. Band. p. 459. C. II. Beg. th. Br. T. II. 824. diff.

1183. VICTORIA. AVGG. in imo SMTES. Duo Imperatores paludati a fronte solio insidentes, dextra globum sustinent, læva palud. involuta. Ambos retro adstans expansis alis Victoria tunicata amplectitur. Med. p. 504. Biæus F. 56. & Band. T. II. p. 457. C. I. Aur. 1$\frac{1}{4}$. Duc. p. c.

1184. VICTORIA. AVGVSTORVM. in imo CONOB. Victoria tunicata a fronte pedibus decussatis stans, dextra lauream, læva globum crucigerum protendit. In Med. & Band. deest. In Cim. Vind. T. I. p. 27. dicitur Anecdotus. Aur. quinarius $\frac{3}{3}$. Duc. p. c.

1185. RESTITVTOR. REIPVBLICAE. in imo * SIRM. Imperator diademate ornatus & paludatus stans a fronte sinistr. Labarum cum

monogr. Chriſti dextra, victoriam globo impoſitam laureamque protendentem, læva tenet. Argent. in Band. idem non delineatus, ſed aureus p. 456. C. II. ubi notamen legi meretur. o c.

VALENS.

1186. D. N. VALENS. P. F. AVG. Cap. diademate ex margaritis cinctum ad pect. cum palud.

SECVRITAS. REIPVBLICAE. Victoriæ alatæ gradientis typus vulgaris. A dext. * a ſin. Q. in ar. in imo H. SISC B. Beg. in th. R Br. p. 826. diff. ex ære. Med. nullum ex arg. delineat, nec Band. o.

1187. GLORIA. ROMANORVM. in ar. a ſin. ſertum. infra TSIS. Imperator paludatus dextr. ſtans, captivum revinctis poſt tergum manibus premit, crinibus dextra apprehenſis, labarumque cum monogr. Chriſti læva tenet. Med. p. 507. ex Hulſio. Beg. in th. Br. T. II. p. 827. & Band. T. II. p. 437. C. I. diff. BSIS. dearg.

1188. RESTITVTOR. REIP. in imo PLVG. Typus, ut ſub num. anteced. 1185. Band. l. c. p. c.

1189.

1189. VRBS. ROMA. in imo R.Q. Typus Romæ Sellæ dextr. insidentis, quoad cet. idem cum 1182. Band. 474. C. II. Beg. th. Br. T. II. p. 827. p. c.

GRATIANVS:

1190. DN. GRATIANVS. P. F. AVG. Cap. ad pect. cum palud. sinistr. diadem. gemmato cinctum.

Epigr. & typus ut in Valente sub num. 1187. In ar. a dext. S. $\overset{*}{\text{P}}$ a sin. infra TSISC. Beg. in th. D. Cr. diff. infra. In Med. non extat nec in Band. Subaer.

1191. Cap. diademate ex lapillis & unionibus cinctum.

VICTORIA. AVGG. Duo Augusti paludati in cathedra a fronte sedentes dextra globum una sustinent, adstante a dorso Victoria tunicata, utrumque complectente. Biæus T. 58. ibique cit. aut. Beg. in th. Br. diff. Med. p. 509. Band. p. 482. T. II. C. I. In imo TRO B S. Aur. 1$\frac{1}{4}$. Duc.

1192. Idem. Aur. $\frac{3}{4}$. Duc. in imo TROBS. o. c.

1193. Idem. in imo TROBT. Med. & cit. Conft. Chriftiana. p. 509. Band. T. II. p. 482. C. II. In ar. infer. fub Sella lauri ramus in omnibus numis confpicitur, fed in hoc Imperator a fin. minor eft altero. Aur. $1\frac{9}{32}$ Duc. o. c.

1194. Idem. diff. in paludamentis Imperatorum punctatis l. acu pictis. Index L. Scher. p. 22. N. 160. Aur. $1\frac{1}{4}$. Duc. o. c.

MAGN. MAXIMVS.

1195. D. N. MAG. MAXIMVS. P. F. AVG. Cap. diademate ex unionibus cinctum ad pect. cum palud. fin.

VIRTVS. ROMANORVM. infra TRPS. Roma galeata & tunicata a fronte fedens, lævo pede denudato, refpicit dextr. globum dextra, haftam læva tenens. Beg. th. Br. T. II. p. 830. Med. p. 514. male PR. pro TR. pofuit. Band. p. 520. C. II. Rar.

FL. THEODOSIVS. M.

1196. D. N. THEODOSIVS. P. F. AVG. Cap. diademate cinctum ex duplici margaritarum filo, ad pect. cum palud. fin.

VICTORIA. AVGG. in imo CON. Typus supra sub num. 1191. delineatus. In imo inter Imperatores lauri ramus. Band. T. II. p. 507. C. I. & II. Eundem numum tam Band. quam Beg. in th. Br. T. II. p. 840. sub Theodos. jun. exhibent. Aur. $1\frac{5}{18}$. Duc. p. c.

1197. D. N. THEODOSIVS. F. AVG. Theodos. a fronte galea cristata & diademate ex margaritis decoratus, ad medium corpus cum lorica, dextra spiculum super humero, læva clypeum cum equite insculpto gerit.

CONCORDIA. AVGG. H. a dext. stella in ar. in segm. CONOB. Roma galeata & stol. sinistr. sedens, dextra hastam, læva globum cum victoriola tenet, dextro pede proram navis calcans. Biæus. Tab. 59. & Beg. p. 832. plane diff. nec Band. eundem, sed similem p. 506. C. I. & adhuc sub Theodos. jun. p. 557. cum Begero p. 840. sistit. Aur. $1\frac{1}{8}$. Duc. p. c.

ARCADIVS.

1198. D. N. ARCADIVS. P. F. AVG. Cap. diademate cinctum ex margaritis & lapillis, ad pect. cum palud. sin.

VICTORIA. AVGG. in ar. M D. ex utraque parte divisum infra COMOB. Imperator paludatus sinistr. stans, dextra labarum cum monogr. Christi, læva victoriolam globo impositam tenet, captivum manibus post tergum revinctis humi sedentem, pede lævo conculcat. Med. p. 522. ex Constant. Christiana. Beg. th. Br. T. II. p. 835. Band. T. II. p. 529. C. II. Aur. 1¼. Duc. o. c.

1199. Idem. Aur. diff. in captivo humi prostrato jacente. 1¼. Duc. p. c.

1200. VIRTVS. ROMANORVM. in imo AQPS. Roma galeata & stol. spoliis dextr. insidens dextra globum cum victoriola, læva hastam tenet. Band. T. II. p. 530. C. II. Numus est bis cusus.

1201. VOT. X. MVLT. XV. quatuor lin. in corona laurea. in imo MDPS. Quinarius. Band. c. I. p. c.

HONORIVS.

1202. D. N. HONORIVS. P. F. AVG. Cap. diademate ex unionibus cinctum ad pect. cum palud.

VIR-

VIRTVS. ROMANORVM. infra MDPS. Typus Romæ num. 1200. mox indicatus. Med. p. 529. ex Conſt. Chriſt. Beg. Th. Br. T. II. p. 837. Band., T. II. p. 542. C. II. p. c.

1203. Idem. in imo MDPS. Band. c. l. Quinar.

1204. Idem. infra RNPS. Band. c. l. exhibet RVPS. p. c.

1205. Idem. ſed Quinarius.

1206. Idem. in imo RMPS. item Quinar.

1207. VICTORIA. AVGGG. In ar. R. N. vel M. a dextr. & ſin. diviſum. infra CONOB. Typus uti in num. 1198. Band. p. 541. C. I. Med. p. 526. & Beg. in th. Br. in area diff. Aur. 1¼. Duc. p. c.

1208. Idem. in ar. RV. infra COMOB. Band. c. l. Med. 526. Aur. 1¼. Duc. o. c.

1209. Idem, ſed typo diverſus. Aur. 1¼. Duc. o. c.

1210. Idem. in ar. a dextr. M. a ſin. D. in imo. COMOB. Band. c. l. Ind. Lœſch. p. 23. n. 162. Numoph. Burkhard. N. 91. Aur. 1¼. Duc. o. c.

FL.

FL. CL. CONSTANTINVS. Tyran.

1213. DN. CONSTANTINVS. P. F. AVG. Cap. diademate ex lapillis cinctum cum palud. margaritis ornato sin.

VICTORIA. AVGGGG. infra TRMS. vel AAVGGG. ut Band. exhibet. Roma l. mulier galeata & stol. sedens dext. Victoriam globo impositam dextra sustinet, læva hastam ferruminatam. Band. T. II. p. 550. C. II. infra diff. RRR. Sub Constantino M. Band. & Med. non dissimilem delineant, ut & sub Constantino jun. p. 333. C. I. & p. 254. C. II. ubi notamina & opiniones Antiquariorum notatu dignas invenies. Cim. Vind. p. 76. RRR.

1214. Idem. VICTORIA. AAVGGG. in imo SMLD. Band. l. c. RRR.

1215. Idem. in imo SMAR. Band. c. l.

JOVINVS.

1216. D. N IOVINVS. P. F. AVG. Cap. corona ex margaritis cinctum ad pect. cum palud. sin.

VICTORIA. AVGG. infra SMLD. Typus ut in anteced. Beg. th. Br. T. II. p. 839. diff. infra.

Med.

Med. p. 531. ex Chifletio ponit infra O. pro D. Band. T. II. p. 552. C. II. Quinar. RRR. p. c.

THEODOSIVS Jun.

1217. D. N. THEOOOSIVS. P. F. AVG. Medium O. ex incuria monetarii loco D. positum. Cap. galeato a fronte cum stemmate cristato Theodosius dextra gerit super hum. hastam, læva clypeum, cui eques insculptus est.

IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. in ar. a dextr. stella infra CONOB. Roma galeata & stol. dextr. sedens, tenet dextra globum crucigerum, læva hastam, pede sin. proræ navis imposito. Sellæ clypeus a sin. est adpositus. Med. p. 536. Beg. th. Br. p. 840. Band. T. II. p. 558. C. I. & II. diff. in typi & cap. descriptione. Aur. $1\frac{5}{16}$. Duc. p. c.

1218. D. N. THEODOSIVS. P. F. AVG.

VOT. XX. MVLT. XXX. A. in imo CONOB. Victoria tunicata dext. stans, dextra crucem tenet longam, læva stolam colligit. Med. p. 519. Band. p. 559. C. II. Beg. th. Br. T. II. p. 840. Aureus $1\frac{1}{4}$. Duc. p. c.

FL.

FL. PLACID. VALENTINIANVS. III.

1219. D. N. PLA. VALENTINIANVS. P. F. AVG. Cap. diademate ex gemmis & unionibus cinctum ad pect. cum palud. sin. supra cap. sertum.

VICTORIA. AVGGG. in ar. RV. a dext. & sin. divisum. infra CONOB. Imperator cap. diademate paludatus a fronte stans, dextra crucem, læva Victoriolam globo impositam tenet, draconem globo implicitum dextro pede conculcans. Med. p. 539. Beg. th. Br. T. II. p. 843. Band. T. II. p. 571. C. I. draconem cum cap. humano describit. Aur. 1 $\frac{1}{4}$. Duc. p. c.

1220. Idem absque serto supra Cap. In ar. posticæ a dextr. M. a sin. D. in segm. COMOB. Aur. 1. Duc. Biæus tab. 61. & Beg. diff. nec Band. eundem, sed similes & diversos delineat. T. II. p. 571. p. c.

1221. Crux in laurea. in imo COMOB. Biæus tab. 61. Band. minutissimum describit T. II. p. 570. C. I. Anepigraphus quinar. Aur. 1 $\frac{1}{3}$. Duc. p. c.

LEO.

LEO M. Thrax.

1222. D. N. LEO. PERPET. AVG. Leo ſtemmate criſtato & diademate ex margaritis ad peƈt. cum lorica tenet a fronte haſtam dextra ſuper humero, læva clypeum cum equite inſculpto.

VICTORIA. AVGGG𝔈. in ar. a ſin. * in ſegm. CONOB. Typus Viƈtoriæ, ut ſub num. 1218. Beg. p. 844. & Biæus tab. 62. diff. ut & Band. qui alios p. 587. T. II. ſed hunc non deſcribit. Aur. 1¼. Duc. p. c.

IVL. MAIORIANVS.

1223. D. N. IVL. MAIORIANVS. P. F. AVG. Cap. corona ex margaritis cinƈtum ad peƈt. cum palud. ſin. Crux in laurea. in imo COMOB. Med. p. 547. Band. p. 589. C. I. Vaill. Rar. Aur. anepigr. quin. 7/18. Duc. p. c.

ZENO. ISAVRVS.

1224. DN. ZENO. PERP. AVG. Cap. laur. & galeatum a fronte ad peƈt. cum lorica. Princeps dextra ſpiculum ſuper hum. læva clypeum gerit.

VICTORIA. AVGGG. Δ. infra CONOB. Viƈtoria ut in priori. Band. T. II. p. 602. C. I.

nu-

numum rarum quidem , ſed fuſum arbitratur, ſicuti meum ipſe fuſum exiſtimo. p. c.

ANASTASIVS.

1225. D. N. ANASTASIVS. P. F. AVG. Cap. corona ex margaritis ornatum ad pect. cum palud.

VICTORIA. AVGVSTORVM. in ar. a ſin. ſtella in ſegm. COMOB. Victoria in tunica ſuccincta & volitante ſiniſtr. gradiva, dextra exſerta lauream, læva cruciculam protendit. Med. p. 555. Biæus T. 63. Band. T. II. p. 612. C. II. typum non ſatis dilucide expreſſit. Beg. in th. Br. p. 849. diff. Aur. quinar. R R. $\frac{7}{18}$. Duc. p. c.

IVSTINVS.

1226. D. N. IVSTINVS. AVG. Cap. diademate ex unionibus cinctum ad pect. cum palud.

 Hoc monogramma cum crucicula includitur corolla laurea. Band. T. II. p. 626. C. I. ſimulque notamen. Beg. in th. Br. T. II. p. 850. ſiſtit Cap. ad pect. cum lorica ſquammata. Quinar. l. Seſtertius. Rar.

IV-

IVSTINIANVS.

1227. D. N. IVSTINIAN. AVG. Cap. diademate ex lapillis & margaritis ornatum ad pect. cum palud. ſin.

D. N. ATHALARICVS. REX. includitur quatuor lin. in corolla laur. Med. p. 561. Band. T. II. p. 635. C. I. Seſtertius. o. c.

1228. D. N. VVITICES. REX. quatuor lin. in laurea. Band. p. 635. C. II. Seſtertius.

1229. D. N. IVSTINIANVS. P. P. AVG. Imperator a fronte cap. galeato & criſtato ad pect. cum lorica, dextra globum crucigerum, læva clypeum tenet, cui eques inſculptus.

VICTORIA. AVGGG. A. vel B. in ar. ſtella a ſin. in imo CONOB. Victoria alata & tunicata, tenet a fronte ſtans, dextra pedum cum cruce, læva crucem l. globum crucigerum juxta Med. p. 362. ex Conſt. Chriſtiana. Oiſel. & Beg. in th. D. Cr. & Br. p. 852. diff. Band. T. II. p. 633. C. II. ſimiles delineat. Ind. Lœſch. p. 25. n. 173. Numoph. Burckh. N. 99. differ. Aur. 1. Duc.

1230. Imperator laurea l. diademate & trabea imperiali conſpicuus ad pect. ſin.

C. N. in corolla e palmæ ramasculis nexa, Med. p. 561. ex Const. Christian. tab. 27. Band. T. II. p. 635. C. I. & p. 636. C. I. diff. Quinar. p. c.

1231. D. N. IVSTINIANVS. P. T. AVG. Justinianus cap. stemmate cristato & diademate ex margaritis cincto, a fronte ad medium corpus cum lorica, dextra hastam super humero, læva clypeum cum equite gerit.

VICTORIA. AVGGG. I. in ar. a dext. stella, in segm. CONOB. Victoria tunicata dextr. stans, dextra crucem longam margaritis ornatam humique positam tenet, læva stolam colligit. Med. & Biæus diff. Beg. th. B. T. II. p. 852. Band. T. II. p. 634. C. I. Aur. $1\frac{1}{16}$. Duc. p. c.

1232. D. N. IVSTINIANVS. PP. VAI. Justin. a fronte stemmate cristato & corona ex margaritis conspicuus ad pect. cum lorica, dextra globum crucigerum, læva clypeum gerit Lit. Λ sic notatum

VICTOΛIϽIA AVGGG J a sin. in ar. stella. in imo CONOB. Victoria tunicata a fronte stans, dextra crucem l. rhabdum crucigerum, læva globum crucigerum gerit. Est rudis fabricæ & in Band. non inventus. Aur. $1\frac{1}{4}$. Duc.

1233.

1233. DNS VICTORIA. Juſtin. barbatus a fronte ſtemmate crucigero ex margaritis ornatus ad medium corpus cum palud. dextra globum crucigerum gerit, læva non adparente.

.ƆVICTIRV∴ ΔƆVSTVB. a dext. in ar. A. in imo Crux tribus gradibus impoſita. Band. T. II. p. 633. C. I. valde ſimilem & RRR. exhibet. Aur. I, $1\frac{1}{8}$. Duc. o. c.

IVSTINVS. Jun.

1234. D. N. IVSTINVS. P. P. AVG. Cap. corona ex margaritis cinctum ad pect. cum palud.

VICTORIA. AVGVSTORVM. in ar. a ſin. ſtella. in imo CONOB. Victoria dextr. ſtans tunica ſuccincta, lauream dextra extenſa, læva globum crucigerum gerit. Band. T. II. p. 651. C. II. Principis hujus aurei pro RRR. habentur a R. P. Khell. in ſubpl. Vaill. p. 301. ubi valde ſimilem delineat. Aur. quin. $\frac{7}{18}$. Duc. p. c.

MAVRITIVS. TIBER.

1235. D. N. MAVRI. TIb. P. P. AV. Maurit. ſtemmate criſtato ex unionibus redimitus a fronte, vultu imberbi ad pect. cum palud. dextra globum crucigerum gerit. A ſin. in ar. Stella.

VICTORIA. AVGG. B. in ar. a sin. * in imo CONOB. Victoria tunicata a fronte stans, dextra crucem pedo episcopali similem ⳨. læva globum crucigerum tenet. Beg. th. Br. T. II. p. 853. & Band. T. II. p. 664. similes. sed eundem non exhibent. A Vaill. aurei dicuntur Rari. Aur. $1\frac{1}{4}$. Duc. p. c.

1236. DN. MAVRI. TIB. PP AVG. Cap. diademate ex margaritis cinctum ad hum. sin.

VICTO✝IIOVIC. . . Crux tribus l. quatuor gradibus imposita. In Band. non extat. Minutus numulus Sestertio minor Aur. $\frac{1}{8}$. Duc. RRR.

CONSTANTINVS. III. Pogonat.

1237. D N. CONSTANTINI. Cap. diademate cinctum ad pect. cum palud. sin.

VICTORIA. AVGVI. in imo CONOB. Crux basi imposita. Band. diversos, hunc non sistit. Aur. forma quin. $\frac{13}{32}$. Duc. p. c.

TIBERIVS. II. Absimarus.

1238. D. TIbERIVS. PE AV. Tiber.

cum

cum ſtemmate crucigero e margaritis cinctus ad pect. cum lorica, tenet a fronte ſpiculum transverſum dextra, clypeum cum equite ſin.

VICTORIvGVSTO. in imo CONOB. Crux tribus gradibus impoſita. Similem non eundem invenies in Band. T. II. p. 698. C. II. in notam. ad Beg. RR. audit apud Vaill. & Band. Aur. 1 1/16. Duc. p. c.

MICHAEL. II. Balb. & THEOPHILVS. fil.

1239. *ΘЄ OFILOS bASIL ЄO vel Θ. Theophilus a fronte cum ſtemmate crucigero paludatus ad medium corpus dextra cruciculam, læva volumen tenet.

† ΜΙΧΑΗLS. CONSΤΑhΤΙΝΙ. Protomæ Michaelis & Conſtantini, illius barbati & majoris, hujus imberbis & minoris cum ſtemmatibus crucigeris & paludamentis, intermedia cruce in ar. ſup. Band. T. II. p. 718. C. II. cum not. ad Beg. Rar. dicitur a Vaill. Aur. 1 1/4. Duc. p. c.

ANDRONICVS. COMNENVS.

1240. ΑΝΔΡΟΝΙΚΟC ΔΕCΠΟΤΗC & ſuper hac voce ΙC ΧC. Imperator habitu auguſtali &

cap. diademato, a dext. & a fronte ſtans, dextra narthecem, læva globum crucigerum tenet. A ſin. figura Chriſti cap. nimbo circumdato in thalari & a fronte ſtans, dextram ſuper caput Imperatoris elevat, læva librum tenet.

— —

MR. a dext. CV. a ſin. Maria virgo capite nimbo circumdato & manibus ſtolæ involutis a fronte ſtol. cathedræ inſidet. In Band. non extat. Beg. in th. Br. T. II. p. 868. diff. plane. A Vaill. Aur. nuncupatur RR. Aur. concavus 1$\frac{1}{4}$. Duc. p. c.

Numi incerti aurei & argent.

1241. Aureus $\frac{4}{5}$. Duc. quin. fabricæ rudis.

1242. Aureus quin. $\frac{1}{4}$. Duc.

1242. 1243. 1244. 1245. 1246. argentei 4. incerti.

Series

Series numismatum imperatorum eorumque conjugum ex aere magno.

C. IVL. CAESAR.

1 C. CAESAR. DICT. PERPETVO. Caput laureatum ad humeros sinistrorsum.

LEVCA. pro L. BVCA in area finist. Caduceus, fasces, globus, manus junctae & securis. v. Mediobarba p 7. ex mus. Leopardi, Patricii Auxomiensis. Beger ad numism. Duc. Croyae & Tom. I. & II. Thes. Brand. & Agnethler No. 5. Est Cavinianus pulcherrimus.

2 DIVOS. IVLIVS. Cap. Jul. laur. ad hum. sinistr.

CAESAR. DIVI. F. Cap. Augusti nudum ad hum. sinistrorf. v. Beg. thes. Br. Vaill. & Agn. in Numophyl. Schulz. p. 180. sub familia Julia pretium thaleri huic numo secundum Morellum constitutum esse vilissimum censet. v. eund. & cit. aut. in der Beschreib. des Schulz. Münz-Cabinets n. 4. Mediob. p. 8.

3 Duo capita nuda adversa. Super capita IMP.

 infra

infra CAESAR. ad latus dextr. DIVI. IVLI. ad latus sinistr. literæ detritæ sunt. Navis: desuper C. I. V. Colonia Julia Valentia v. Med. p. 9. Quem Beger. in th. Br. p. 600. describit, plane in antica diff. Vaill. ad colonias lat. p. 5. hunc numum nec Rarum, nec obvium accuratius delineat.

AVGVSTVS.

4 DIVVS. AVGVSTVS. PATER. Cap. laur. ad hum. dextrorſ.

OB CIVES. SER. in corona quercea, quam dorso sustinent duo capricorni, globo & temone infra positis; in area S. C. divis. v, Med. p. 45. ex Patini Suetonio. Omnes Augusti numi ex ære magno a Vaill. dicuntur rari. Capricorni, ille dextr. ille sinistr. conversi, in caudam piscis desinunt. Numus non videtur genuinus.

LIVIA vel IVLIA.

5. In area tribus lin. rectis: S. P. Q. R. IVLIAE. AVGVST scil. ae. Carpentum cum duabus mulis sinistrorſ. tendentibus.

TI. CAESAR. DIVI. AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIIII. Literis major. in ar. S. C. v, Med, p. 53. & 65. ex indice Cavatorta, & Vaill.

Vaill. ad Jul. Titi. Tomo I. ex ære Corinth. opt. conſ.

NERO CL. DRVSVS. Tiber. frater.

6. Nero Claudius DRVSVS GErmanicus Imp. Cap. nudum ad hum. dextr.

P. M. IMP. VIII. COS. III. P. P. in imo LIBERALITAS. AVG. VIII. S. C. in ar. Duo Imperatores togati a ſiniſtris dextr. ſedent in ſubſtructione, protenſa dextra, læva in ſinum compoſita: adſtat Liberalitas ſtol. a fronte, dextra teſſeram, læva cornu cop. tenens, & Romanus adſcendit ſcalam, protenſa aperta toga frumentum accepturus. Perrar. v. Vaill. & Mediob. p. 226. qui in cap. inſcriptione diſcrepat. Similem invenies in Cim. Vindob. p. 96. R. R.

245. LIBERALITAS. AVG. VII. IMP. VIII. COS. III. S. C. in ar. Figura ead. quæ num. 243. Mediob. p. 126. 127. diff. Agn. N. 652.

246. Cap. laur. & barb. ad peƐt. cum lorica & palud. TR. P. XXX.

IMP. VIII. COS. III. a dext. CLEMENTIA. AVG. a ſiniſtr. S. C. in ar. Mulier dextr. ſtol. ſtans dextra pateram, læva haſtam tenet, Med. p. 225.

247. M. ANTONINVS. AVG. GERM. SARMATICVS. Cap. laur. & barb. ad hum. ſin.

TR. P. XXXI. COS. III. S. C. in ar. Mulier ſtol. ſtans ad aram ignitam, cui dextra thura immittit, læva ſtolam prehendit. Med.

248. TR. P. XXX. IMP. VIII. COS. III. S. C. in area. Figuram ſed ſtantem quære ſub num. 238. Med. p. 126.

249. M. vel IMP. AVREL. ANTONINVS. . . .

SECVRIT. ORB. P. M. TR. P. XIIII. IMP. VIII. infra COS. V. P. P. in ar. S. C. Mulier ſtol. ſedens dextr. læva in gremium compoſita, dextra protenſa globum tenet. Hoc numiſma ideo notatu dignum eſt, quod Aurelius tertio Conſulatu jam deceſſerit, nec idem typus apud Antiquarios numiſmaticos ſub hoc Imperatore, ſed ſub Commodo occurrat. Forſan monetarius ex incuria typarium Commodi cum capite Aurelii conjunxit, quod vitium cum alio adhuc cumulavit, cum P. ultima litera in imo ob ſpatii defectum in literales numerales VIII. ſic VI Ц percuſa ſit. Poſticam partem. Med. ſub Commodo p. 254. ad amuſſim exhibet. Numus videtur incuſus vel bis cuſus.

250. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. TR. P. XXXIII.

Vir-

Virtus Aug. IMP. X. COS. III. P.P. in ar. S. C. Figura galeata in pallio finiſtr. ſedens, dextra haſtam tenet, læva parazonium, ſ. ut Med. vult bacillum. Idem. p. 225. ſimillimum exhibet, in altero vero deſcribit Mercurium in talaribus.

251. Epigr. prior. integra. FELICITAS. AVG. IMP. X. COS. III. P. P. in area S. C. Mulier ſtol. ſtans dextra caduceum, læva haſtam gerit. Med. c. l.

251. Idem TR. P. XXXII. & IMP. VIIII. Med. l. c. Agn. N. 655. diff. capite.

252. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. ARM. PARTH. MAX.

TR. POT. XX. IMP. IIII. COS. III. in ar. S. C. in clypeo VICT. PAR. Victoria ſtans dextra palmam tenet, læva clypeum trunco arboris impoſitum. Beg. th. Br. T. II. diff. paululum p. 674. Agn. N. 629. Med. p. 220.

253. ANTONINVS. AVG. ARM.

Typus idem cum capite abſciſſo ante pedes victoriæ a dextr. In Med. non extat.

254. IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. P. M. Cap. barb. nudum cum lorica & palud. ad pect.

CONCORD. AVGVSTOR. TR. P. XV. in imo COS. III. in ar. S. C. Ambo Imperatores togati a fronte vultibus ad ſe invicem converſis ſtantes, jungunt dextras, læva volumen tenent. Oiſel. Med. p. 216. Beg. th. D. Cr.

255. Idem IMP. CAES. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. P. M. diff. typo & cap. Agn. N 621.

256. Cap. laur. & barb. cum palud. ad pect.

SALVTI. AVGVSTOR. TR. P. XVII. infra COS. III. in ar. S. C. Figura ead. quæ ſub num. 216. niſi quod loco haſtæ læva bacillum teneat. Med. ex ind. Polatio diff. TR. P. XVI. ut & Agn. N. 625. quem Med. l. c. & TR. P. XVII. deſcribit, typo diverſus eſt.

257. Idem. absque palud. in antica.

258. DIVVS. M. ANTONINVS. PIVS. Cap. nud. & barb. ad hum. ſin.

CON-

CONSECRATIO. S. C. in ar. Alis expansis aquila volitans, fulmen unguibus tenens ferensque dorso Imperatorem vultu dextr. verso dextra protensa, læva gerentem bacillum. Oisel. Med. p. 228. Beg. th. D. Cr. Agn. N. 660.

259. Idem diff. lit. S. C. in imo posticæ conspicuis.

260. CONSECRATIO. in area S. C. sinistr. alis expansis & rostro cum cap. dextr. verso Aquila insistens globo. Med. p. 228. Agn. N. 662. 663.

261. CONSECRATIO. in ar. S. C. Desuper imposito curru triumphali, facibus, coronis, statuis & diversis decorationibus exornatus & pulcherrime extructus Rogus. R. R. Med. p. 228. Vaill. & autores cit. Agn. N. 659.

262. M. AYPHΛIOC. ANTΩNEINOC. Cap. laur. & barb. cum palud. ad pect.

ΠΟΜΠΗΙΟΠΟΛЄΙΤΩΝ. in ar. a dextris ϚZ a sinistr. C. Figuram quære sub num. 241.

FAVSTINA. Junior.

263. FAVSTINA. AVGVSTA. AVG. PII. F. Cap. Faust. ad pect. cum stola sinistr.

S. C. in ar. Diana ſtol. dextr. ſtans, dextra protenſa ſagittam, læva arcum humi poſitum ſuſtinet, Med. p. 231. ex ind. Cavot. Agn. N. 692.

264. FAVSTINA. AVGVSTA.

FECVND. AVGVSTAE. S. C. in ar. Fauſtina I. mulier ſtol. dextr. ſtans, utroque brachio tenet puerulum. Pro pedibus a dextris ſin. adſtans puella dextra demiſſa ſtolam matris prehendit læva, altera vero a ſiniſtris dextr. ſtolam dextra capeſſit; læva demiſſa. Beg. Med. & ibi c. Cavot. p. 230. Oiſel. Agn. N. 681.

265. FECVNDITAS. S. C. in ar. Mulier ſtol. ſin. ſtans, dextra haſtam, læva puerulum gerit. v. cit. Aut. & Agn. N. 678. 697.

266. SECVLI. FELICIT. S. C. in ar. Duo pueruli nudi, ad ſe invicem vultu verſo dextras ſibi daturi, lectulo inſident: ille a dextris lævam corpori admovet, hic a ſiniſtr. læva lecto nititur: ſuper capitibus ſtellæ viſuntur. Rar. v. Vaill. Oiſel. Med. p. 231. Beg. th. Br. & D. Cr Agn. N. 694.

267. DIANA. LVCIF. in ar. S. C. Mulier ſtol. a dextr. ſtans, ambabus manibus facem transverſe ferens. Med. p. 230.

268. IVNO. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. ſtans dextra pateram læva haſtam tenet: pro pedibus a dextr. pavo. Med. p. 231. Beg. th. D. Cr. Agn. N. 685.

269. LAETITIA. S. C. in ar. Mulier ead. quoad ſitum & veſtem dextra corollam, læva haſtam tenet Med. c. l.

270. FAVSTINA. AVG. . . .
MATRI. MAGNAE. S. C. infra. Mulier cap. turrito ſtol. l. Cybele ſin. ſedens, lateri admota dextra, ſiniſtra lævo genu impoſitum tympanum tenet l. crotalum : a dextr. & a ſiniſtr. ſellæ leo adſidet. Non obvius. v. Vaill. T. I. p. 88. Med. plane diff. & longe aliter deſcribit Reverſæ typum. Beg. th. D. Cr. & Agn. N. 690.

271. HILARITAS. in ar. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſtans, dextra ramum, læva cornu cop. tenet. Agn. N. 683. Med. 231.

272. SALVTI. AVGVSTAE. S. C. infra. Dea ſalus l. mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra pro-

tensa serpenti aræ involuto & capite sinistr. exsurgenti escando pateram admovet & sinistram lateri componit. Med. c. l.

273. FAVSTINAE. AVG. PII. AVG. FIL.

VENVS. in ar. S. C. Venus stol. dextr. stans, tenet dextra pomum, læva temonem cum Delphino. Med. c. l. Agn. N. 699.

274. - . . . INA. AVG. ANTONINI. AVG. PII. . . .

. S. C. in ar. Mulier stol. stans, dextra Victoriolam, læva hastam tenet, l. ut Med. delineat p. 232. dextra pomum protendit. VENVS. ex ind. Cavotorta.

275. DIVA. FAVSTINA. . . .

S. C. Pavo expansa cauda a fronte capite dextr. verso. Med. & cit. ind. Cavot. p. 231. & alios duos diversos p. 232. profert. Beg. th. D. Cr.

276. DIVA. FAVSTINA. PIA.

SIDERIBVS. RECEPTA. in ar. S. C. Mulier stol. sinistr. gradiens, ambabus manibus facem fert transversam : in humeris semiluna visitur. Med. p. 232. Agn. N. 703.

277.

277. AETERNITAS. in ar. S. C. Mulier ſtol. velato capite dextr. ſedens, globum cum Phœnice dextra, haſtam læva tenet. Med. c. l. p. c.

278. AETERNITAS. in ar. S. C. Mulier. ſtol. dextr. ſtans, dextra velum attollens l. peplum pendens ab humero dextro, facem longam læva tenet. Med. l. c.

279. in ar. S. C. Mulier ſtol. ſtans dextr., Phœnicem globo impoſitum tenet, lævo cubito columnæ innititur. Med. p. 232. epigraphen dedit AETERNITAS. ſed typum non luculenter deſcripſit.

LVCIVS. VERVS.

280. L. AVREL. VERVS. AVG. ARMENIACVS. Cap. laur. & barb. ad hum. ſiniſtr.

TR. P. IIII. IMP. II. COS. II. S. C. in ar. Victoria in tunica, ad lumbos denudata, ſiniſtr. ſtans, clypeum tenet læva, lateri dextra admota. In clypeo palmæ affixo conſpiciuntur duabus lin. verba: VIC. AVG. v. Agn. N. 716. Med. p. 235. Numus ærugine nobiliſſimus.

281. Cap. prius cum palud. & lorica ad pect. Epigr. prior int.

T. . . IIII. IMP. III. COS. . in ar. S. C. Mars galeatus, nudus, ſtrophio volitante, gradivus ſiniſtr., cum ſpoliis in humero lævo, dextra transverſ. gerit haſtam. Med. c. l.

282. L. VERVS. AVG. ARM. PARTH. MAX. Cap. laur. & barb. ad hum. ſin.

TR. POT. VIII. IMP. V. COS. III. infra FORT. RED. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. ſedens, tenet dextra temonem, læva cornu cop. Med. p. 237. Agn. N. 720.

283. TR. POT. VI. IMP. IIII. COS. II. in ar. S. C. Victoria ſtolata & alata ſiniſtr. ſtans, dextra palmam, læva clypeum ſuperius apprehenſum & trunco palmæ ſuperimpoſitum tenens, in quo duabus lin. exaratum legitur: VICT. PART. Med. p. 236. Beg. th. Br. Palat. & D. C.

284. . . . RVS. AVG. ARM. PARTH. M . .

TR. POT. VIII. IMP. IIII. COS. III. in ar. S. C. Typus Victoriæ conſuetus dextr. gradientis, & dextra corollam, læva palmam gerentis. Agn. N. 719. Med. p. 237.

285. AVG. ARM.

.

Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra ſtateram læva cornu cop. tenet. Eundem Med. p. 237. & 238. delineat TR. P. VIII. & VIIII.

286. IMP. CAES. L. AVREL. VERVS. AVG. Cap. & barb. ad hum.

CONCORD. AVGVSTORVM. infra TR. P. COS. II. in ar. S. C. Duo Imperatores paludati, a fronte vultu ad ſe invicem verſo, ſtantes, lævaque volumen tenentes, jungunt dextras. Med. p. 234. Agn. N. 713. th. D. Cr.

287. Cap. laur. & barb.

TR. P. III. COS. II. infra FORT. RED. in ar. S. C. Figura ut ſub num. 282. Med. p. 234.

288. DIVVS. VERVS. Cap. nud. & barb.

ConſecrATIO. S. C. in ar. Aquila inſiſtens ſiniſtr. globo alis expanſis & roſtro dextr. verſo. Med. p. 238. ex Patino.

LV-

L V C I L L A.

289. Cap. Lucillæ ad pect. cum stola sin.
. . . CILL
. S. C.

Mulier stol. sinistr. sedens, puerulum nudum, a fronte læva demissa gremio matris insidentem, matremque adspicientem, dextra cum pueruli dextra conjuncta attinet; a sinistris ante pedes adstans infantulus, læva demissa, genu matris prehendit: retro a dextris adstans, dextra demissa, sellam sinistra capessit. v. Beg. & Mediob. p. 239. & 190. Fecunditas. Agn. N. 731. Occo hunc humi typum ad Lucillam Aelii refert v. Med. notam. p. 189.

290. LVCILLAE. AVGVSTAE. ANTONINI. AVG. F.

PIETAS. in ar. S. C. Mulier stol. capite velato stans dextr. coram ara ignita, dextra protensa, læva arcam tenet. Med. Beg. in th. D. Cr. diff. Agn. 733. p. c.

291. Idem diff. paul. Med. p. 239.

292. CONCORDIA. in ar. S. C. Mulier stol. dextr. sedens, dextra protensa pateram, læva cornu cop. tenet. Agn. N. 729. Med. p. 239. ex ind. Cavot.

293.

293. VENVS. in ar. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra pomum, læva haſtam, ſtola brachio ſuperinjecta tenet. Agn. N. 737. cap. inſcriptione diff. Med. c. l. p. c.

294. Idem typo diverſus & lit. F. in antica parte omiſſa eſt.

295. Anepigraphus maximæ formæ, dubius. Templum Veſtæ cum ſex Veſtalibus, tribus a dextr., & tribus a ſiniſtr. aræ ignitæ intermediæ adſtantibus & ſacrificantibus. Mediob. ſilet.

COMMODVS.

296. M. COMMODVS. AN AVG. PIVS. Cap. laur. & barb. ad hum. ſin.

TR. P. IIII. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. ſtans, tenet dextra bilancem, læva cornu cop. Eundem Med. non delineat, ſed alium plane diverſum p. 253. ex ind. Polatio.

297. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. IIII. P. P. in ar. S. C. Bellona capite galeato ſiniſtr. gradiens, dextra elata vibrans jaculum, clypeum læva tenens. Med. p. 247.

298. M. COMMODVS. ANTONINVS. AVG. Cap. laur. imberbe.

LIBERALitas forsan, detritis reliquis. Imperator togatus dextr. sedens dextra protensa & læva demissa, in substructione, distribuit congiarium: a dextris stat Liberalitas stol. dextra congium, læva cornu cop. tenens, vultu dextr. verso. Retro sellam, quam dextra prehendit, Præfectus stat, tenens læva parazonium. Scalam scandit Romanus, ambabus manibus togam protendens, accepturus frumentum. Rar. v. Vaill. Oisel & Med. p. 244. quatuor diversos exhibet. Beg. in th. D. Cr. diff. cf. Agn. N. 774.

299. Cap. laur. & barb. ad hum. sin. M. COMMODVS. ANTONINVS. A. .

TR. P. VII. IMP. IIII. COS. III. P. P. S. C.

in ar. Jupiter in pallio ad umbilicum denudatus, dextr. sedens, tenet dextra Victoriam, læva hastam. Med. hunc non habet.

300. TR. P. VII. IMP. V. COS. III. P. P. in ar. S. C. Mulier stol. dextr. stans, dextra spicas super vas papaveribus repletum, læva cornu cop. tenet: retro in ar. a sinistr. conspicitur ad pedes puppis cum Chenisco & duobus insiden-

ſidentibus. Med. diff. typo p. 246. tam ex proprio, quam Coſpiniani Muſeo.

301. Cap. laur. lanuginoſum cum palud. ad pect.

LIBERTAS. AVG. TR. P. VI. IMP. IIII. COS. III. P. P. in ar. S. C. Mulier quoad ſitum & habitum eadem, læva extenſa, dextra pileum tenet. Med. c. I.

302. L. AEL. AVREL. COMM. AVG. BRIT. Cap. laur. & barb. ad hum. ſin.

SAL. GEN. HVM. COS. VI. P. P. Hygea a ſiniſtris dextr. ſtans, ſtol. dextram figuræ togatæ & a dextris ſiniſtr. in genu dextrum procumbenti porrigit, læva baculum tenet, cui ſerpens inhæret. Med. p. 255. ex Triſtano. Vaill. T. I. p. 100. Rar.

303. L. AVREL. COMMODO. CAES. AVG. F. GERM. SARM. Cap. laur. imberbe cum palud. ad pect.

PRINC. IVVENT. in ar. S. C. diviſum. Ima-

perator paludatus stans dextr., dextra protensa globum, læva hastam gerit, erecto a sinistr. tropheo. Med. p. 241. dextra protensa ramum describit.

304. . . . COMMODVS. ANTON. . . Cap. laur. & barb. ad hum. sin.

Mulier stol. sinistr. stans, dextraque demissa duas spicas plenissimas tenens, læva canistrum frugum l. pateram protendit. S. C. in area, reliquis corrosis.

305. L. AVREL. COMMODVS. AVG. TR. P. III. Cap. laur. imberbe.

Epigr. detrita. S. C. in ar. Mulier stol. dextr. stans, dextra pileum, læva hastam tenet. v. Med. p. 243. exhibet LIBERTAS. AVG. IMP. II. COS. P. P. ex mus. Cospin. Agn. N. 770.

306. C. AV. L. COMMODVS. AVG. TR. P. IIII. Cap. laur. cum palud.

IMP. III. COS. II. S. C. in ar. Pallas galeata & stol. dextr. stans, dextra thus supra tripodem ignitum & pedibus a dextr. in area adpositum spargens, sinistra demissa tenet hastam reclinatam: cum clypeo ad pedes. Med. p. 244. & alleg. Noris. ex th. Medic. Beg. th. D. Cr.

307. Idem. AVREL. COMMODVS. AVG. TR. . . . Cap. absque palud. laur.

IMP. III. COS. II. in ar. S. C.

308. Idem diff. in anteriori cap. cum paludam. & Pallade sinistr: respiciente COS. II. P. P.

309. M. COMMODVS. ANT oninus Pius, FELIX. AVG. BRIT. Cap. laur. & barb. ad hum.

ROMAE. AETERNAE. in imo COS. V. P. P. S. C. in ar. Roma galeata & stol. dextr. clypeo insidens, tenet dextra victoriolam, læva hastam Med. p. 251. diff. forsan capit. inscriptione.

310. Epigr. Cap. integra.

P. M. TR. P. XI. IMP. VII. infra COS. V. P. P. Vehitur sinistr. togatus Imperator stans in quadrigis triumphalibus, dextra lauream s. sceptrum, læva lentas habenas tenet. Rar. & elegans. Vaill. T. I. p. 101. Med. p. 251. ex ind. Cavot. diff. cap. inscript.

311. M. COMMODVS. ANT. P. FELIX. AVG. BRIT.

FEL. PVBLICA. P. M. TR. P. XII. IMP. VIII. COS. V. P. P. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. ſtans, dextra pateram, læva haſtam tenet. Med. p. 252.

312. M. COMMODVS. FELIX.

GENIO. AVG. FELIC. P. P. TR. P. S. C. in ar. Genius nudus in pallio ſtans a ſiniſtris dextr. ad aram ſacrificans, dextra pateram, læva cornu cop. tenet. Med. ex Angellon p. 248.

313. COS. V. P. P. in ar. S. C. Figura militaris galeata dextr. ſtans, dextra globum, læva haſtam tenet. Globo victoria videtur impoſita. Apud. Med. non inventus.

314. FOR. RED. in ſegm. P. M. TR. P. XIII. IMP. VIII. COS. V. P. P. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra temonem globo impoſitum, læva cornu cop. tenet. Med. p. 253. diff. cap. inſcript.

315\. FELIX. AV. . . .

S. C. corrosa epigr. Mulier ejusd. fig. dextra ramusculum, læva bacillum tenet.

CRISPINA.

316\. Cap. Crisp. ad pect. cum stola sinistr.

CRISPINA. AVGVSTA.

SALVS. S. C. in ar. Salus l. mulier stol. dextr. sedens, cubito sinistro sellæ imposito, tenet dextra pateram, serpentemque aræ involutam pascit. Agn. N. 789. diff. Deest in Med. p. c.

317\. LAETITIA. S. C. in ar. Mulier stol. dextr. stans, dextra diadema l. corollam, læva temonem s. gubernaculum navis globo impositum tenet. Pulcherrimus numus. Med. p. 259. pateram pro corolla describit.

318\. CRISPINA. AVG. IMP. COMMODI. AVG.

SALVS. infra S. C. Typus superior 1. Agn. N. 789. Rar. Med. c. I.

DID. IVLIANVS.

319. Imp. Cæſ. M. DID. SEVER. vel SEV. IVLian. Aug. Cap. laur. barba prolixa ad hum. ſiniſtr.

ConcoRD. MILIT. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. ſtans, ſingulis manibus ſignum militare tenet. Beg. th. Br. T. III. p. 127. Med. p. 261. ex ind Cavot. Vaill. T. I. p. 106. RR. Cimel. Vindob. p. 99. RR.

320. M. DID. SEV. IVL. Mulier ead. dextra temonem, læva cornu cop. tenet. in ar. S. C. Epigr. detrita. Med. p. 262. exhibet P. M. TR. P. COS. Beg. T. II. Th. Br. p. 86. ex arg. Vaill. T. I. p. 106. hunc numum Rar. delineat. Cim. Vindob. p. 99. R. R.

D. CLOD. SEPT. ALBINVS.

321. D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES. Cap. nudum cum palud. parte ad hum. ſin.

CONCORDIA. in ar. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra protenſa pateram, læva duplex cornu cop. vel duo tenet. Med. p. 265. diff. ab utraque parte, ut & Vaill. T. I. p. 109. R. R.

L. SEPT.

L. SEPT. SEVERVS.

322. L. SEPTIMIVS. SEVERVS. PERTINAX. AVG. IMP. VII. Cap. laur. & barb. ſin. ad pect. cum thorace.

DIVI. M. PII. F. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Mars galeatus ſin. ſtans, in pallio, nudus, tenet dextra haſtam, læva Scutum. Prope ad pedes a dextris thorax in area. Med. p. 271. ex muſ. Fridericiano Vaill. T. III. p. 162. Medaglione. R R R. o. c.

323. L. SEPT. SEVERVS. PIVS. AVG. Cap. id. cum palud. ſine thorace.

P. M. TR. P. XVIII. COS. III. P. P. in imo S. C. A dextris Imperator togatus dextr. ſtans, dextra victoriam, læva haſtam tenet: retro a ſiniſtris dextr. adſtans figura militaris imperatori dextra elata corollam imponit & læva pilum gerit. In Med. non extat. p. c.

324. IMP. CAES. L. SEP. SEV. PERT. AVG. Cap. laur. & barb. ad hum. ſin.

VICT. AVG. TR. P. COS. in ar. S. C. Victoria alata & tunicata dextr. gradiens, dextra lauream, læva palmam gerit. Med. p. 268.

325. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. IIII. vel III. Cap. prius cum palud.

AFRICA. S. C. in ar. Mulier ſtol. peregrino habitu, dextra lateri impoſita, detrahit ſtans ſiniſtr. capite proboſcide tecto, læva peplum a pectore pendens & ſpicis repletum. Ad pedes Leo a ſiniſtris graditur. Rar. v. Vaill. & Med. p. 269. 270. & Oiſel. Beg. in th. Br. diff. ut & in th. D. Cr. Agn. N. 481.

326. Cap. prius cum lorica ad pect. L. SEPT. SEV. P. IMP. IIII.

ANNONA. AVG. COS. II. S. C. in ar. Figura ſtol. dextr. ſtans, dextra ſpicas ſuper panarium ſpicis & papavere plenum, læva cornu cop. tenet. Med. p. 270.

327. Cap. laur. & barb. ad hum. ſin. MONETA. AVG. COS. II. P. P. S. C. in ar. A fronte vultibus dextr. verſis tres Monetæ ſtol. ſtantes, dextra bilancem, læva cornu cop. tenent. Med. c. l. Beg. th. D. Cr.

328.

328. Idem IMP. III. a parte capitis, & in postica MONETA. AVG. solum, cum eodem tamen typo a Med. describitur p. 269.

IMP. III. & IV. & V. & adhuc sæpius occurrit hic typus: nostrum ex Med. desumsimus. p. 276.

329. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP.

. AVG. TR. P. XII.

S. C. in ar. Figuram sin. gradivum quære sub num. 324. Differt tamen palma, quam gerit super humerum.

330. L. SEPT. SEV. PERT. AV.

S. C. in ar. reliquis exesis. Pallas galeata & stol. stans, dextra hastam transvers. læva peltam gerit.

IVLIA. DOMNA.

331. Cap. Juliæ ad pect. cum stola sinistr. IVLIA. AVGVSTA.

CERES S. C. in ar. Mulier stol. dextr. stans, tenet dextra spicas super aram, læva facem oblongam. Med. p. 282.

332. IVLIA. DOMNA. AVG.

In ar. S. C. Mulier stol. velato capite sedens dextr. tenet dextra victoriolam vel Palladium, læva hastam transvers. Med. p. 282. VENVS. vel VESTA potius.

333. Epigraphæ ab utraque parte detritæ non apparent. Cap. Juliæ idem.

Mulier stol. dextr. stans, dextra pateram, læva hastam tenet; a dextris in area dextr. adstat pavo. S. C. in ar. Juno regina. v. Med. p. 282. l. Juno p. 283.

ANTON. CARACALLA.

334. M. AVREL. ANTONINVS. AVG. BRIT. Cap. laur. ad hum. sin.

PROVIDENTIAE. DEORVM. in ar. S. C. Mulier stol. dextr. stans, dextra radium, læva hastam tenet: ante pedes a dextris globus jacet. Med. p. 291.

335. Idem cap. cum palud. ad pect.

SECVRITATI. PERPETVAE. in imo S. C. Mulier ad imum ventrem denudata, sinistr. sedens, dextra caput sustinet, cubito sellæ innixo, læva scipionem gerit: ante pedes a sinistr. cippus l. ara adposita. Med. p. 291. p. c.

336.

336. FORT. RED. P. M. TR. P. XXIIII. COS. II. P. P. in imo S. C. Fortuna ſtol. dextr. ſedens, temonem dextra, læva cornu cop. tenet. Med. p. 291. diff. COS. III. p. c.

P. SEPT. GETA.

337. IMP. CAES. P. SEPT. GETA. PIVS. AVG. Cap. laur. cum mento lanuginoſo ad hum. cum palud. parte ſin.

PONTIF. TR. P. II. COS. II. infra S. C. Tres figuræ togatæ & velatæ, media a fronte, illa a dextris ſiniſtr. hæc a ſiniſtris dextr. tripodi adſtant ſacrificaturæ. Quæ a ſiniſtris dextr. reſpicit, demiſſa læva bacillum, omnes vero dextra pateram tenent: tripodi interius hoſtia humi adjacet immolanda. Med. p. 302. Dub.

DIADVMENIANVS.

338. M. OPEL. ANTONINVS. DIADVMENIANVS. CAES. Cap. nud. ad pect. cum palud. ſin.

PRINC. IVENTVTIS. S. C. in imo. Princeps paludatus a fronte vultu ſiniſtr. verſo & elato paululum ſiniſtro pede ſtans, dextra ſignum militare, læva ſceptrum, paludamento brachio inje-

injecto, tenet, militar. retro a sinistr. appositis duobus signis. Beg. th. Br. T. II. p. 710. ex auro. Med. p. 308. ex Fæsch. Vaill. T. I. p. 134. R. R. Cim. Vind. p. 102. R. R. Dub.

M. AVR. ANTON. Heliogab.

339. IMP. CAES. M. AVR. ANTONINVS. PIVS. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. sin.

. VGVSTI. in ar. S. C. Typus solis cum cap. radiato, in pallio nudi gradientis dextr. elata dextra. Apud Med. non extat. Vaill. T. I. p. 135. omnes ex ære magno appellat Raros.

340. P. M. TR. P. III. COS. III. P. P. in ar. sinistr. Stella, in imo S. C. Imperator paludatus, dextr. sedens, dextra globum protendit, læva sceptrum tenet. Med. p. 313. ex ind. Polatio. Rar. & conservat. pulcherrimus.

IVLIA. MAMMEA.

341. Cap. Mamm. ad pect. cum stola sin. IVLIA. MAMAEA. AVGVSTA.

FECVNDITAS. AVGVSTAE. S. C. in ar. Mulier stol. dextr. stans cum puerulo nudo elatis

tis manibus adſtante, dextra protenſa, læva tenet cornu cop. Beg. th. Br. T. II. p. 715. ex arg. Med. p. 326. Agn. N. 1011. p. c.

342. VESTA. in ar. S. C. Veſta ſtol. & velata dextr. ſtans, tenet dextra Palladium, læva haſtam. Med. p. 326. Agn. ex ære med. N. 1017.

343. Idem diff. typo.

344. IVLIA. MAMAE STA.
VENERI. FELICI. Mulier a ſin. ſtans, dextra

haſtam tenet, læva puerulum alatum, Cupidinem. S. C. in ar. Med. p. 326. Agn. N. 1014.

345. VENVS. FELIX. S. C. in imo. Mulier

ſtol. dextr. ſedens, tenet puerulum l. Victoriolam dextra, haſtam læva. Med. p. 326. diff. typo. Agn. N. 1016. Beg. th. Br. T. II. p. 715. ex arg.

346. FELICITAS. PVBLICA. in imo S. C. Mulier prior dextra caduceum, læva tenet cornu cop. Med. c. l. Agn. N. 1013.

347. Eadem epigr. Mulier ſtol. dextr. pedibus decuſſatis ſtans, cubito ſiniſtr. columnæ nixa, dextra tenet caduceum. Beg. th. Br. & Pal. & D. Cr. Med. Catal. Gothan. Oiſel & Agn. N. 1012.

348. IVNO. AVGVSTA. in imo S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra trifidum protenſa tenet florem, læva cornu cop. Med. p. 326. delineat AVGVSTAE.

349. IVLIA. MAMAEA. AVG.

IVNO. CONSERVATRIX. in ar. S. C. Juno ſtol. dextr. ſtans, dextra pateram, læva haſtam tenet: pro pedibus adſtat a dextris Pavo. Med. p. 326. ex arg. Aereum c. l. ex ind. Cavot. male deſcripſit.

ALEX. SEVER.

350. IMP. SEV. ALEXANDER. AVG. Cap. laur. ad hum. ſin.

ROMAE. AETERNAE. in imo. S. C. Roma galeata & ſtol. dextr. ſedens cum Scuto ſellæ adpoſito, tenet dextra victoriolam, læva haſtam. Med. p. 319. diff. cap. inſcript. Agn. N. 997.

351. IVSTITIA. AVGVSTI. in imo S. C Mulier ſtol. ſedens dextr. tenet dextra pateram, læva haſtam. Med. Juſtitiam Auguſti cum hoc typo exhibet p 322. ut & Beg. in th. D. Cr.

352. Cap. id. cum palud. ad pect.

VIR-

VIRTVS. AVGVSTI. S. C. in ar. Miles armatus l. Mars gradivus ſiniſtr. tenet dextra haſtam, læva trophæum ſuper hum. Med. c. l.

353. Idem diſcr. lit. S. C. in inferiori ar. expreſſis.

354. Cap. laur. ad hum. ſin.

P. M. TR. P. XII. COS. III. P. P. in ar. S. C. Sol nudus, cap. radiato, dextr. in pallio ſtans, dextramque porrectam attollens, tenet læva globum, pallio brachio ſuperinjecto. Med. p. 324. diff. cap. inſcript. ut & Agn. N. 990.

355. Idem cap. cum palud.

IOVI. CONSERVATORI. S. C. in ar. A fronte vultu dextr. verſo in pallio Jupiter nudus ſtans, dextra fulmen, læva haſtam tenet, & pedibus a dextris adſtantem Imperatorem paludatum protegit. Med. diff. ubivis & nullum æreum, ſed argent. delineat.

356. VICTORIA. AVGVSTI. in ar. S. C. Victoria ſtans dextr. alata & ſtol. corollam dextra, læva palmam tenet. Med. p. 322. 324. ex muſ. Coſpin.

357.

357. IMP. ALEXANDER. PIVS. AVG. P. M. TR. P. X. COS. III. P. P. in ar. S. C. Sol. gradiens dextr. cap. radiato, in pallio volitante nudus, dextra elata, læva flagrum tenet. Med. p. 324. Agn. N. 991.

358. Idem TR. P. XI. Med. c. l.

359. Idem typus. TR. P. XIII. Med. p. 325.

360. Idem. diff. læva scuticam tenet sed cum pallio in brachium rejecto, & TR. P. X. v. Agn. N. 990. o. c.

361. MARS. VLTOR. in ar. S. C. Mars gradivus sin. armatus & galeatus in pallio volitante, dextra hastam transverſ. læva clypeum gestat. Med. p. 321. Agn. N. 982.

362. Idem diff. & cap. & typo & lit. non tam exacte expreſſ. ut in anter.

363. PROVIDENTIA. AVG. S. C. in ar. Figura stol. dextr. stans, dextra spicas super panarium tenet, læva cornu cop. Med. Oisel. Beg. th. Br. Agn. 993. o. c.

364. Idem. Mulier læva anchoram tenet. Med. p. 321. diff. ex ind. Polat.

365. Idem cap. ſed cum mento lanuginoſo.

SPES. PVBLICA. in ar. S. C. Mulier ſtol. gradiva a ſiniſtr. dextr. tenet dextra florem, læva veſtem ſublevat. Agn. N. 999. Med. p. 321. Burkhard. Numoph. N. 719. p. c.

366. Cap. laur. ad pect. paludatum.

P. M. TR. P. X. COS. IIII. P. P. in ar. S. C.

Figura ead. quæ ſub num. 355. Med. p. 324.

367. IMP. CAES. M. AVR. SEV. ALEXANDER. AVG.

FIDES. MILITVM. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. ſtans, ſingulis manibus ſignum milit. tenens. Med.

368. IMP. CAES. . . R. SEV. ALEXANDER. AVG.

ANNONA. AVGVSTI. in ar. S. C. Figuram v. ſub num. 363. Med. p. 318.

369. PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. P. P. in imo S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens tenet dextra ramum, læva bacillum. Med. p. 719.

370. . . CAES. M. AVR. SEV. ALEX. . . .

PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. P. P.

Securitas ſedens dextr. ſtol. tenet dextr. ſcipionem, lævam capiti admovet, cubito ſellæ innixo. Med. c. 1. Agn. N. 984.

371. P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. S. C. in ar. Togatus & velatus Imperator ſacrificans dextr. adſtat aræ ignitæ, dextra pateram protendens, læva volumen tenet. Med. p. 321. Agn. N. 987.

372. P. M. TR. P. VI. COS. II. P. P. S. C. in ar. Mars, galeatus, nudus, gradivus ſiniſtr. ſtrophio ab utraque parte volitante, ſpolia humero impoſita manu læva tenet, dextra transverſ. haſtam. Med. 322. Agn. N. 985. diff. TR. P. IIII.

373. PONTIF. MAX. TR. P. IIII. COS. P. P. in ar. S. C. Figura militaris armata & paludata dextr. ſtans, tenet dextra globum, læva haſtam. Med. p. 320. p. c.

374. VICTORIA. AVGVSTI. S. C. in ar. Victoria gradiva ead. quæ ſub Num. 356. Med. p. 319.

375. PAX. AVGVSTI. S. C. in ar. Pax ſtol. dextr. gradiens dextra oleam tenet, læva haſtam puram. Med. p. 318.

376. LIBERALITAS. AVGVSTI. III. in ar. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſtans, tenet dextra teſſeram, læva cornu cop. Med. p. 319. diff. LIBERAL. II. & p. 222. IIII. Diff. etiam Vaill. Beg. th. Br. T. II. p. 717. ex arg. Rar.

377. XANDER. AVG. P. M. TR. P. VI. COS. II. P. P. in ar. S. C. Mulieris gradientis typus dextra ramum, læva haſtam tenentis Med. p. 322.

378. AEQVITAS. AVGVSTI. in ar. S. C. Mulier quoad ſitum & habitum eadem, ut prior, dextra bilancem, læva cornu cop. tenet Med. p. 318. p. c.

379. SALVS. PVBLIC. in imo S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra pateram ſerpenti ex ara prorumpenti protendit, lævo cubito ſellæ innititur. Med. p. 319. PVBLICA. deſcribit.

C. I. V. MAXIMINVS.

380. IMP. MAXIMINVS. PIVS. Cap. laur. ad pect. cum palud. ſin.

PROVIDENTIA. AVG. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. ſtans, tenet dextra bacillum, læva cornu cop. Ad pedes a dextr. globus. Med. p.

 328.

328. & ibi cit. ind. Cavot. Beg. th. D. Cr. Agn. N. 1028. p. c.

381. VICTORIA. AVG. S. C. in ar. Victoria alata & stol. a dextris sinistr. gradiens, gerit dextra sertum, læva palmam. Med. l. c. p. c.

382. PAX. AVGVSTI. S. C. in ar. Pax stol. dextr. stans, dextra elata oleam, læva hastam transvers. tenet. Med. cit. ex mus. Cosp. Agn. N. 1026. p. c.

383. SALVS. AVGVSTI. S. C. in imo. Tenet Dea Salus stol. dextr. sedens, dextra pateram, serpentemque aræ involutam & capite recurvato in altum resurgentem escat, lævo cubito sellæ imposito. Med. p. 329. ex mus. Cospin. diff. & Oisel. v. Beg. th. D. Cr. & Agn. N. 1030.

384. FIDES. MILITVM S. C. in ar. Mulier stol. dextr. stans, singulis manibus signum militare gerens. Beg. th. Br. & Palat. Idem ex arg. sed non ex ære extat apud Med.

385. MAXIMINVS. PIVS. AVG. GERM. Epigr. & figura ead. uti in anteced. Beg. diff. in th. Br. & Palat. Med. p. 329. Agn. N. 1025. p. c.

386.

386. VICTORIA. GERMANICA. S. C. in ar. Victoria ſtans dextr. alata & ſtol. corollam dextra, læva palmam tenet: a dextr. captivus humi revinctis poſt tergum manibus dextr. ſedet. Beg. th. Br. Med. p. 329. Agn. N. 1033. ibique alleg. auctor.

387. Idem. diff. pereximie conſervatus.

388. PAX. AVGVSTI. S. C. in ar. Dea Pax dextr. ſtol. ſtans, dextra tenet oleam, læva haſtam transverſ. Agn. N. 1026. diff. antica. Med. c. l.

389. SALVS. AVGVSTI. infra S. C. Typus ſalutis ut in num. 383. Med. p. 329. diff. in meo anguis ex ara exſurgit. p. c.

390. P. M. TR. P. IIII. COS. P. P. S. C. in ar. Imperator laur. loricatus & paludatus, dextr. ſtans inter tria ſigna militaria, quorum duo a dextr. unum a ſiniſtr. poſita ſunt, elata dextra, læva haſtam tenet Med. c. l. Agn. N. 1027. diff. cap. inſcript. & TR. P. II.

PAVLINA.

391. DIVA. PAVLINA. Cap. Paulinæ velatum ad pect. cum ſtola ſiniſtr.

CONSECRATIO. in ar. S. C. Figura ſtol. capite velato pavoni, alis expanſis ſiniſtr. volitanti, a ſiniſtr. dextr. converſo corpore & vultu inſidens, dextra elata, ævа bacillum transverſ. gerit. p. c.

MAXIMVS.

392. MAXIMVS. CAES. GERM. Cap. nudum ad pect. cum palud. ſin.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. in ar. S. C. Princeps paludatus dextr. ſtans elato ſin. pede, dextra demiſſa bacillum, læva haſtam tenet transverſ.: retro duo Signa milit. a ſiniſtr. erecta ſunt. Beg. th. Br. T. II. p. 720. ex arg. Agn. N. 1039. Med. p. 330. ex muſ. Coſpin. Vaill. T. I. Nunquam obvius. p. c.

393. Idem diff. typi magnitudine.

PVPIENVS.

394. IMP. CAES. M. CLOD. PVPIENVS. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. ſin.

PAX. PVBLICA. in imo S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra ramum oleæ, læva haſtam transverſ. tenet. Med. p. 335.

395. AYT. K€ C. M. KOA ſic. ΠΟΠΛ ſic Π. Π. in ar. diviſum. Cap. Pup. radiatum ad pect. cum palud. ſiniſtr.

TAPCOY. MHTROΠ. Π. M. K. in ar. BΓ. diviſum. Imperator paludatus dextr. ſtans inter duo ſigna milit. dextra demiſſa ſcipionem læva haſtam transverſ. gerit. RR. Valde ſimilem v. in Haymii th. Brit. T. II. p. 356. lat. verſo. Metallio.

BALBINVS.

396. IMP. CAES. D. CAEL. BAlbinus. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. ſin.

PROVIDENTIA. DEORVM. in ar. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſtans, tenet dextra temonem impoſitum globo, læva cornu cop. Rar. v. Vaill. T. I. p. 157. Med. p. 334. Beg. th. Br. T. II. p. 723. ex arg.

GORDIANVS. IIdus. Afer.

397. IMP. C. vel CAES. M. ANT. vel ANTONIVS. GORDIANVS. AFR. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. ſin.

VIRTVS. AVGG. in ar. S. C. Figura militaris galeata, armata & paludata, ſtans dextr., tenet

dextra clypeum, læva haſtam. Med. p. 333. Vaill. T. I. p. 155. R. R. R. Cimel. Vindob. p. 104. R. R. R.

GORDIANVS. PIVS.

398. IMP. GORDIANVS. PIVS. FEL. AVG. Cap. laur. cum palud. ad peꝶ. ſin.

SECVRIT. PERPET. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. pedibus decuſſatis ſtans, ſiniſtro cubito columnæ innixa, dextra haſtam tenet. V. typi differentiam figuræ ſed. apud Med. p. 337.

399. SECVRITAS. PERPETVA. in ar. S. C. idem typus. Med. l. c. p. c.

400. SECVRITAS. AVG. infra S. C. Mulier ſtol. ſedens dextr. ſcipionem dextra tenet, lævo cubito ſellæ innixa, caput ſiniſtra ſuſtinet. Med. p. 337.

401. LAETITIA. AVG. N. . . Mulier ſtol. dextr. ſtans, lauream dextra, læva anchoram tenet. in ar. S. C. Med. p. 336. 337. Agn. N. 1075.

402. IMP. GORDIANVS. PI. . . .

LibeRTAS. AVG. in ar. S. C. Mulier ead.

dextra

dextra pileum, læva haſtam tenet. Agn. N. 1079. Med. p. 337. averſa diff.

403. MARS. PROPVGNAT. in ar. S.C. Galeatus & armatus Mars gradivus ſiniſtr. pallio volitante, dextra umbonem, læva pilum transverſ. gerit. Med. p. 327. Agn. N. 1080. Burkh. Numoph. 732. o. c.

404. Epigr. detrita. Idem typus.

405. IOVIS. STATOR. S. C. Jupiter ſiniſtr. elato lævo pede, tenet nudus, ſtans, dextra haſtam, læva fulmen. Med. p. 337. Agn. N. 1074.

406. IOVI. STATORI. in ar. S. C. Jupiter idem. Med. p. 336. ex arg. p. 337. diff. typo. o. c.

407. AETERNITATI. AVG. in ar. S. C. Sol cap. radiato dextr. elato dextro pede, ſtans in pallio, nudus, dextra elata, læva tenet globum, ſuperinjecto pallio in brachium. Med. p. 337. Agn. N. 1071.

408. Idem. diff. in anticæ inſcript. FELIX. plane.

409. AEQVITAS. AVG. S. C. in ar. infer. Dea Aequitas ſtol. dextr. ſtans dextra bilancem, læva cornu cop. tenet. Med. c. l.

410. P. M. TR. P. III. COS. P. P. Imperator togatus dextr. ſedens, tenet dextra globum, læva bacillum l. ſcipionem demiſſam. in imo S. C. Med. p. 338.

411. P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. in ar. S. C. Figura militaris ſiniſtr. gradiva, loricata & paludata dextra haſtam transverſ. tenet, brachio appenſo pallio, læva globum. Med. p. 339. Beg. th. D. Cr. Agn. N. 1082.

412. Idem. TR. P. V. Med. p. 340.

413. P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. in imo S. C. Apollo ad umbilicum denudatus tenet dextr. ſedens muliebri habitu dextra ramum, ſiniſtro cubito lyræ nixo. Med. l. c. Agn. N. 1081. p. c.

414. Idem. TR. P. IIII. idem typus.

415. Idem. TR. P. V. Med. p. 340. diff. typo. Agn. N. 1084. ex ære med.

416. Idem. TR. P. VI. Med. l. c. Beg. in th. D. Cr. diff. Agn. N. 1084. & 1085.

417. FELICIT. TEMPOR. in ar. S. C. Mulier dextr. ſtol. ſtans, tenet dextra caduceum, læva cornu cop. Med. p. 337. ex ind. Polat. Agn. N. 1072.

418. FORTVNA. REDVX. infra S. C. Mulier ſtol. dextr. inſidens ſellæ, appoſita a ſiniſtr. rota, dextra tenet temonem, læva cornu cop. Med. p. 340. p. c.

419. Idem diff. typo & modulo.

420. CONCORDIA. MILIT. infra S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra pateram, læva duplex cornu cop. tenet. Med. c. l. Agn. N. 1071.

421. IMP. CAES. M. ANT. GORDIANVS. AVG.

P. M. S. COL. VIM. AN. II. in imo. Mulier ſtol. dextr. ſtans, manibus expanſis ſed aliquatenus demiſſis: a pedibus a dextr. ſiniſtr. ſtat taurus, a ſiniſtr. dextr. Leo. Med. p. 342. Agn. N. 1091.

422. FIDES. MILITVM. in ar. S. C. Mulier prior dextra ſignum milit., læva tenet haſtam. Med. p. 337. ex muſ. Coſpin.

423. SALVS. AVG. in imo S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra pateram ſerpenti ex ara prominenti porrigit, lævo cubito ſellæ incumbens. Med. c. l. ex ind. Cavot.

424. VIRTVS. AVG. S. C. in ar. Imperator paludatus & laur. ſiniſtr. a dextr. volitante paludam. gradiens, dextra ſpiculum gerit transverſ. læva protendens clypeum. Med. diff. c. l. averſa. p. c.

425. IOVI. CONSERVATORI. in ar. S. C. Jupiter in pallio nudus, tenet ſtans dextra fulmen, læva haſtam, Imperatorem paludatum & ad pedes ſtantem, dextra elata globum & læva demiſſa parazonium tenentem, protegit. Med. l. c.

426. P. M. TR. P. II. COS. P. P. in ar. S. C. Imperator togatus & velatus habitu ſacerdotali aræ adſtans dextr. dextra pateram, læva bacillum tenens, ſacrificat. Med. p. 338. diff. p. c.

427. Idem diff. p. c.

428. Idem P. M. TR. P. COS. PP. in ar. S. C.

429. IMP. CAES. GORDIANVS. PIVS. AVG.

LIBERALITAS. AVG. II. S. C. in ar. Mulier ſtol. dextr. ſtans, teſſeram dextra, læva

cornu

cornu cop. tenet. Med. ſilet. Agn. diff. inſcript. cap. N. 1077. Vaill. hunc typum cum liberalitate V. rarioribus annumerat, omiſſa ſecunda. De liberalitate Gordiani penes autores nullum adeſt veſtigium.

M. IVL. PHILIPPVS. P.

430. IMP. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. ſin.

M. IVL. PHILIPPVS. CAES. Cap. nudum ad pect. cum palud. ſin. Numus ærugine nobili rubro obductus, ex ære flavo & artificio doloſo ita compoſitus, ut numus Philippi patris limo ſcitule tractatus & excavatus caput filii Philippi cum pleniſſima epigr. includat.

431. FORTVNA. REDVX. S. C. in imo. Mulier ſtol. rotæ inſidens dextr. tenet dextra temonem clavo apprehenſum, læva cornu cop. Med. p. 344. Agn. N. 1114.

432. LAET. FVNDATA. in ar. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſtans, dextra tenet corollam, læva temonem vel ancoram. Med. c. l. ex Fæſch.

433. Eadem epigr. Eadem Mulier læva temonem tenet, ped. dextro proræ navis inſiſtens. mel. conſerv. Med. ſilet.

434.

434. PAX. AETERNA. in ar. S. C. Mulier ſtol. gradiens dextr. volitante pallio, dextra oleam, læva bacillum tenet Med. p. 344. Agn. N. 1118. diff. typo.

435. SAECVLVM. NOVVM. infra S. C. Templum acuminatum, ſtatuis & gradibus ornatum, octo columnis diſtinctum, in cujus medio idolum ſedens, vel Roma galeata, dextra Palladium, læva haſtam tenens. Med. p. 346. Vaill. T. I. p. 165. Agn. N. 1123.

436. MILIARIVM. SAECVLVM. in ar. S. C. Cippus, cui ineſt COS. III. duabus lin. Med. l. c. Vaill. c. l. Agn. N. 1117. Rar.

437. SECVRIT. ORBIS. infra S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra ſcipionem gerit, læva caput ſuſtinet, cubito ſin. ſellæ innixa. Med. p. 344.

438. AEQVITAS. AVG. S. C. in ar. Aequitas ſtol. dextr. ſtans tenet dextra bilancem, læva cornu cop. Med. p. 346. Agn. N. 1117.

439. FIDES. MILITVM. S. C. in ar. Mulier quoad veſtem & vultum ead, ſtans, cum duo-

duobus ſignis militaribus in manibus. Agn. N. 1113. Med. p. 344. o. c.

440. VICTORIA. AVG. S. C. in ar. Victoria alata & ſtol. gradiens a ſiniſtr. dextr. tenet læva palmam, dextra corollam. Med. p. 345.

441. P. M. TR. P. II. COS. P. P. infra S. C. Imperator ſedens dextr. habitu conſulari, dextra globum, læva ſceptrum gerit. Med. p. 344. ex ind. Polat. Agn. N. 1119. Vaill. T. I. p. 165. diff. o. c.

442. SAECVLARES. AVGG. S. C, in imo. Lupa ſtans a ſiniſtris dextr. pedibus expanſis & cap. recurvato, Romulo & Remo elatis manibus ſedenti alteri, alteri in genu dextrum prolapſo, ubera præbet. Med. p. 346. Beg. th. Br. diff. Idem in th. D. Gr.

443. Ead. epigr. quoad max. part. detrita. Elephas a ſiniſtr. dextr. graditur cum ſeſſore illum regente cum puſione. Theſ. Br. Begeri T. II. p. 731. Med. p. 346. diff. Niſi inſcriptio audiat AETERNITAS. AVGG. v. Agn. N. 1108. & Med. p. 347.

444.

444. LIBERALITAS. AVGG. III. infra S. C. Imperatores ambo togati & laur. sellis curulibus dextr. insidentes, dextra pateram, læva tenent scipionem. Beg. th. D. Cr. Med. p. 346. ex ind. Cavot.

445. ANNONA. AVG. in ar. S. C. Mulier stol. stans, tenet spicas dextra super panario, læva cornu cop. Med. p. 344. ex mus. Cospin. Agn. N. 1109.

446. ANNONA. AVGG. idem typus. Med. p. 346.

447. FELICITAS. TEMP. S. C. in ar. Mulier prior dextra caduceum longum, læva cornu cop. gerit, Med. p. 344. Agn. N. 1111. p. c.

448. P. M. TR. P. III. COS. P. P. S. C. in ar. Idem typus Felicitatis. Med. p. 345. Agn. N. 1120. 1121.

449. Idem. Epigr. detrita.

450. VICTORIA. AVG. in ar. S. C. Victoria a dextr. sinistr. gradiva, alata & stol. dextra corollam, læva palmam gerit humero superimpositam sinistro. Med. c. l. diff. p. c.

451. P. M. S. COL. VIM. AN. VI. Figura muliebris ſtol. dextr. expanſis manibus ſtans inter Leonem a ſiniſtr. & taurum a dextr. gradientem. Med. diſcrepat p. 347. cap. inſcriptione, & hunc non habet.

452. Idem. AN. VII. Med. iterum diff. c. I.

MARCIA. OTACILIA.

453. Cap. Otacil. ad pect. cum ſtola ſin. MARCIA. OTACIL. SEVERA. AVG.

CONCORDIA. AVGG. S. C. in imo. Mulier ſtol. l. Dea Concordia dextr. inſidens Subſellio, tenet dextra pateram, læva duplex cornu cop. Med. p. 348. Beg. th. D. Cr. Agn. N. 1134. p. c.

454. PIETAS. AVGVSTAE. in ar. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſtans, dextra protenſa, læva arcam apertam tenet. Med. p. 348. Agn. N. 1136. p. c.

455. PVDICITIA. AVG. infra S. C. Typus mulieris prioris, ſedentis, dextra faciem peplo obvelantis, læva haſtam gerentis transverſ. Agn. N. 1138. Beg. th. Br. T. II. 731. ex arg. Med. p. 348.

M. IVL. PHILIPPVS. Jun.

456. M. IVL. PHILIPPVS. CAES. Cap. nudum ad pect. cum palud. ſin.

PRINCIPI. IVVENT. S. C. in ar. Figura militaris, loricata & paludata dextr. ſtans, dextra protenſa globum, læva haſtam fert. Med. p. 350. Agn. N. 447.

457. Eadem epigr. Princeps loricatus & paludatus cap. nudo ſiniſtr. gradiens, dextra haſtam transverſ. l. pilum, læva globum tenet. Med. c. l. p. c.

458. IMP. M. IVL. PHILIPPVS. AVG. Cap. laur. cum palud. ſin.

LIBERALITAS. AVGG. III. in imo S. C. Imperatores duo dextr. inſidentes ſellis curulibus, togati, dextram protendunt & pateram tenere videntur, ſiniſtra tenent ſcipionem. Med. p. 351. Agn. N. 1145. Beg. th. D. Cr. hunc typum patri Philippo annumerat. p. c.

459. PAX. AETERNA. in ar. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſtans tenet dextra oleam, læva haſtam transverſ. Med. p. 350. p. c.

460. SAECVLARES. AVGG. in imo S. C. Capra Africana dextr. ſtans. Med. ex proprio muſ. p. 351.

TRAI. DECIVS.

461. IMP. CAES. G. MES. TRAI. Q. DECIO. AVG. Cap. laur. ad pect. cum lorica. sin.

DACIA. in ar. S. C. Mulier habitu Dacico, dextr. stans sinistra pectori admota, dextra contum cum cap. asini tenet. Med. p. 353. diff. aversa paululum ex Ind. Cavot. Bandur. T. I. p. 11. Col. I. sex diversos, sed eundem non exhibet, intuitu cap. epigraphes.

462. IMP. C. M. Q. TRAIANVS. DECIVS. AVG. Cap. laur. ad pect. cum lorica sin.

GEN. ILLYRICI. S. C. in ar. Genius nudus dextr. cum modio in cap. in pallio stans, dextra protensa pateram, læva cornu cop. tenet, pallio in brachium rejecto. Bandur. T. I. p. 12. C. I.

463. GENIVS. EXERC. ILLYRICIANI. S. C. in ar. Genius nudus stans ut supra, in cap. cum calatho, dextra pateram, læva cornu cop. tenet: retro signum militare. Agn. N. 1159. Patinus p. 390. Med. p. 353. Band. T. I. p. 11. C. II.

464. Idem cap. cum palud. ad pect.

DACIA. in ar. S. C. Mulier stol. habitu Dacico stans ut in sup. numo sub num. 461. v. cit. ibid aut. & Agn. N. 1157.

465. Cap. id. cum palud. & lorica.

PANNONIAE. in ar. S. C. Duæ mulieres stol. & velatæ a fronte elatis dextris stantes, quarum retro altera a dext. erecto labaro dextr. respiciens, læva manu stolam componit, altera a sinistr. vultu sinistr. verso læva signum transvers. gerit. Agn. N. 1161. Band. T. I. p. 12. C. I.

466. IMP. TRAIANVS. DeCIVS. AVG.

P. M. S. COL. VIM. infra AN. XI. Idem typus, qui sub num. 451. occurrit. Agn. N. 1164 ex ære med. Med. p. 354. ex ind. Cavot. Band. T. I. p. 14. C. II. diff. sed sub æreis secundæ formæ p. 20. C. II. eundem delineat.

467. IMP. CAES. C. MES. Q. DECIVS. P. F. AVG. Cap. id. cum palud.

P. M. S. COL. VIM. infra AN. XII. Prior typus. Med. & Bandur. c. I. iterum diff.

HE-

HERENNIA ETRVSCILLA.

468. HERENNIA. ETRVSCILLA. AVG. Cap. Etrufc. ad pect. cum ftola fin.

PVDICITIA. AVG. S. C. in imo. Pudicitia. velato cap. ftol. fedens dextr. & dextra peplum attrahens, læva haftam tenet transverf. Agn. 1167. Band. T. I. p. 31. C. II.

469. Idem diff. cap. ornamento & typi magnitudine. p. c.

470. ETRVSCILLA. . . Epigr. & typus ut fub num. 451. infra AN. XII.

Q. HERENNIVS. ETRVSC. MESS. DECIVS.

471. Q. HER. ETR. MES. DECIVS. NOB. C. Cap. nud. ad pect. cum palud. fin.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. S. C. in ar. Figura juvenilis paludata, cap. nudato dextr. gradiens, tenet læva transverf. pilum, dextra fcipionem. Band. T. I. p. 41. C. II. Med. Beg. th. Br. in th. D. Cr. diff.

472. Idem, Q. HER. ETR. MES. DECIVS. NOB. C.

PRINCIPI. IVVENTVTIS. diff. dupliciS.C. S.C. sic notato.

473. PIETAS. AVGVSTORVM. S.C. infra Vasa pontificalia. Med. p. 355. Beg. T. II. th. Th. Br. p. 734. ex arg. Band. T.I. p. 41. C.I. RRR. ut & Vaill. T. I. p. 171. Aspergillum & Simpuvium a dextr. guttus in medio & lituus cum patera a sin.

C. VAL. HOSTILIANVS. M. Q.

474. IMP. CAES. C. Val. HOST. MES. QVINTVS. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. sin.

SECVRITAS. AVGG. S.C. in ar. Mulier stol. sinistr. pedibus decussatis stans, dextram capiti admovet, læva cubito columnæ innixa. Med. p. 357. Band. T. I. p. 52. C. I. Vaill. T. I. p. 173. RR. Cimel. Vindob. p. 106. RR.

C. V. TR. GALLVS.

475. AYTOK. K. Γ. OYIB. TPEB. ΓΑΛΛΟC. CЄB. Cap. laur. ad pect. cum palud. sin.

ANTIOXЄΩN. MHTPOΠOΛΩN.

S. C. in imo in ar. Δ. Є Genius urbis l. Idolum templo quatuor columnis suffulto insidet. Beg. th. Br. & Occo. In Numophyl. reg. Christinæ tab. 36. depingitur genius a fronte tutulato cap. & manibus demissis sedens, in templo tetrastylo sinistr. respiciens, & Orontem fluvium nudum ad lumbos manibus expansis conspicuum calcans: in templi vertice arietis signum visitur. Band. T. I. p. 67. C. II. typum aliter depingit. v. Cim. Vindob. p. 107. Anecdotus numus.

476. Imp. Cæs. C. Vibius. TreboniANVS. GALLVS. AuG.

ViRTVS. AVGG. S. C. Miles galeatus, armatus & paludatus dextr. stans, dextra scutum, læva hastam tenet. Band. p. 66. C. I. Med. p. 360. exhibet. AVG.

477. PIETAS. AVGG. in ar. S. C. Mulier stol. stans cap. velato, dextr. elatis & expansis manibus. Med. p. 359. Band. T. I. p. 65. C. II.

478. IMP. CAES. C. VIBIVS. TREB. ... NVS. GALLVS. AVG.

IVNONI. MARTIALI. in ar. S. C. Juno stol. dextr. sedens in medio templi rotundi, distyli, trium graduum, dextra demissa tenet spicas, læva lateri innixa. Band. c. l. Vaill. T. I. p. 174. Rar. Med. p. 359. ex Fæsch. Est numus bis cusus, singularis ab utraque parte, ex incuria monetarii vitiosus. Agn. N. 1179. diff. typo. Numoph. Reg. Christinæ tab. 36.

479. LIBERTAS. AVGG. in ar. S. C. Libertas stol. stans dextr. dextra pileum, læva hastam tenet. Med. l. c.

VOLVSIANVS.

480. IMP. CAES. C. VIB. VOLVSIANO. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. sin.

IVNONI. MARTIALI. in ar. S. C. Juno sedens in templo dextr. cum pavone a dextris adstante, tenet dextra demissa spicas, læva hastam. Templum est rotundum, tetrastylum, duorum graduum. Med. p. 362. Vaill. T. I. p. 176. Rar. Numophyl. reg. Christ. tab. 37.

481\. VIB. VOLVSIANO. AVG.

ConcorDIA. AVGG. in imo. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſedens, tenet dextra pateram, læva duplex cornu cop. Band. p. 84. C. I. Med. l. c.

482\. . . ES. C. VIB. VOLVSI. G.

PAX. AVGG. in ar. S. C. Mulier eadem ſtans, dextra ramum, læva tenet haſtam transverſ. Med. c. l. Band. T. I. p. 85. C. I. Agn. N. 1190.

AEMILIANVS.

483\. IMP. CAES. AEMILIANVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. ſin.

SPES. PVBLICA. in ar. S. C. Typus ſpei, dextr. gradientis, dextra florem tenentis, læva veſtem colligentis. Med. p. 364. Band. p. 96. C. II. Vaill. T. I. p. 180. R. R.

GALLIENVS.

484\. AYT. K. Π. ΛΙΡ. ΓΑΛΛΙΗΝΟϹ. ϹЄΒ. Cap. laur. ad pect. cum palud. ſin.

Aquila ſtans dextr. capite ſiniſtr. reflexo, roſtro ſertum tenet: a dextr. ramuſculus, a ſiniſtr. LI anno decimo. Beg. th. Br. Band. T. I. p. 210. C. I. ſub numis Aegyptiacis ſecundæ formæ.

485. IMP. C. P. LIC. GALLIENVS. AVG.

VIRTVS. AVGG. in ar. S. C. Miles paludatus, galeatus & loricatus, dextr. ſtans, dextra clypeum humi poſitum tenet, læva haſtam. Band. T. I. p. 191. C. II. Med. p. 370. Rar.

POSTVMVS. Pat.

486. IMP. C. M. CASS. LAT. POSTVMVS. P. F. AVG. Cap. radiatum ad hum. ſiniſtr.

FIDES. MILITVM. detritis in ar. lit. S. C. Mulier ſtol. dextr. ſtans, ſingulis manibus ſignum milit. tenet. Eſt rudis fabricæ. Med. p. 393. ex Fæſch. Band. p. 299. C. I. Vaill. T. I. p. 192. eundem typum, ſed FIDES. EXERC. exhibet. Poſtumus in Italia rarus, in Gallia vulgaris & obvius eſt. Numoph. reg. Chriſt. tab. 39.

CLAVDIVS. GOTHICVS.

487. ΑΥΤ. Κ. ΚΛΑΥΔΙΟϹ. ϹЄΒ. Cap. laur. ad pect. cum palud. ſin.

Abs-

Absque epigraphe. Aquila dextr. ſtans, expanſis alis lauream roſtro ferens, capite ſiniſtr. verſo. In ar. dextra L. in ſiniſtr. B. Beg. in th. Br. diff. Γ. ut & Agn. N. 1339. qui numum ſec. formæ deſcribit. Band. p. 337. & 353. ſec. & tertiæ formæ typos diverſos delineat.

SEVERINA.

488. SEVERINA. AVG. Cap. Sev. ad pect. cum ſtola ſin.

IVNO. REGINA. Juno ſtans dextr. velata & ſtol. tenet dextra pateram, læva haſtam: adſtat dextr. ad pedes pavo. Rar. Vaill. Med. ex muſ. Baſſeti. Beg. th. Br. Agn. N. 1378. Band. T. I. p. 392. C. II. Non obvius: lit. Z. in imo forſan deleta.

DIOCLETIANVS.

489. IMP. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. ſin.

FELIX. ADVENT. AVGG. N. N. Mulier tunicata cum pallio peculiari, cujus cap. proboſcide tectum, vultu dextr. converſo ſtans, dextra labarum læva elephanti dentem tenet: a dextr. juxta pedes taurus & Leo cubant. infra. P. K. Λ. vel P. Band. T. II, p. 16. C. II. a dextr. in ar. I. Vaill.

Vaill. T. I. p. 252. diff, infra & in ar. Rar. & Elegans.

490. Idem infra P. F. H. hunc Band. non habet, nisi sit PKM. l. c. p. c.

491. Idem a sinistr. in ar. I. infra PKA. Band. l. c. p. c.

492. Idem a dextr. in ar. I. infra PKA. Band. l. c.

493. GENIO. POPVLI. ROMANI. in imo AQS. Genius in pallio nudus cum modio in cap. stans, dextra pateram, læva cornu cop. & pallium tenet. Band. T. II. p. 18. C. II. p. c.

494. Idem. in imo A. Q·P. Band. c. l. diff. cap. inscriptione. p. c.

495. Idem. in ar. B. in imo SIS. Med. diff. Apud Band. non extat. Agn. diff. in ar. Γ. N. 1486.

496. Idem. in ar. AΓ. infra F. R. Band. T. II. p. 20. C. II. diff. cap. inscript. Med. p. 424. p. c.

497. Idem. cap. dextr. in ar. reversæ BΓ. infra TK. Band. T. II. p. 21. C. I. p. c.

498. Idem. Cap. laur. ad pect. sin. cum lorica.

In

In ar. reverſæ a dextr. A. a ſiniſtr. Stella. infra TR. Band. c. l. omnes diverſos exhibet. p. c.

499. Idem. Cap. prius ſed cum galea. Imperator dextra haſtam humero, læva clypeum gerit. in ar. reverſæ a dextr. B. a ſiniſtr. *. infra TR. Band. l. c.

500. Cap. laur. ad pect. cum lorica.

MONETA. S. AVGG. ET. CAESS. N. N. a dextr. in ar. S. a ſiniſtr. F. infra IITR. Mulier ſtolata dextr. ſtans, bilancem dextra, cornu cop. læva tenet. Band. T. II. p. 22. C. I. p. c.

501. Cap. laur. ad hum. ſin.

SACR. MONET. AVGG. ET. CAES. NOSTR. a dextr. ar. Lunula, a ſin. VI. infra A. Q. S. Typus idem. Band. p. 24.

502. Idem. in imo A Q S. absque num. in ar. Band. c. l. Med. & Vaill. p. c.

503. Idem. in ar. V. infra A Q S. Band. c. l. Med. p. 426.

504. Idem. in ar. ſin. VI. infra A Q P. Band. l. c. diff. in ar. p. c.

505. Idem absque numeris in ar. Deeſt in Band. niſi ſit p. 42. C. II. R. c.

506.

506. Idem a ſin. in ar. V. infra A Q S. Band. p. 24. C. I. diff. in meo enim SACR. p. c.

507. SALVIS. AVGG. ET. CAESS. AVCTA. KART. infra A. in ſegm. Mulier ſtol. ſtans dextr. utrisque manibus fructus tenet. Band. T. II. p. 24. C. II. RRR.

508. Idem. infra N. p. c.

509. SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KART. infra N. Mulier prior dextra ſpicas, læva fructus gerit. Med. p. 426. diff. totus. Agn. N. 1490. deſcribit SALVS. Beg. th. Br. T. II. p. 779. Vaill. T. I. p. 250. non obvius. Band. deſcribit dextra corollam, læva ramum & omittit N. in ar. c. l. non obvius.

510. D. N. DIOCLETIANO. FELICISSIMO. SEN. AVG. Diocletianus cap. laur. ad pect. cum trabea ramum dextra, ſcipionem, potius volumen læva tenet.

PROVIDENTIA. DEORVM. QVIES. AVGG. in imo P. T. in ar. ſin. punctum. Figura muliebris a ſiniſtr. ſtans, dextra ſpicas l. ramum tenet demiſſum, haſtæ innititur ſiniſtra. Ex adverſo ſtat altera figura muliebris ſtol. ramum dextra tenens, læva ſtolæ involuta. Vaill. p. 253. RRR.

RRR. Oisel. Med. & Beg. th. Br. & Pal. Rar. Agn. diff. N. 1487. Band. T. II. p. 24. p. c.

511. Idem a dextr. ar. S. a sin. F. infra A Q P. Diff. in muliere a dextris, quæ dextram absque ramo paulisper attollit. Band. c. l. p. c.

512. PROVIDENT. DEOR. QVIES. AVGG. Idem in ar. a dextr. S. a sin. F. infra M. sic m Q. Typus prior: mulier vero a dextr. utrasque manus stolæ involvit; altera gerit florem trifidum l. ramum superne. Band. l. c. diff. paululum. p. c.

513. D. N. DIOCLETIANO. BAEATISSIMO. SEN. AVG.

Epigr. & typus ut in super. absque lit. in ar. sed cum puncto a sinistr. infra TT. Band. T. II. p. 23. C. I. p. c.

514. Idem. infra ST. p. c.

515. IMP. C. DIOCLETIANVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. sin.

SACRA. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. N. N. in ar. sin. * infra R. P. Typus Monetæ supra descriptæ. Band. T. II. p. 24. C. II. Vaill. T. I. p. 253. & Med. Agn. N. 1488. Non obvius. p. c.

516.

516. Idem. infra R. P. Med. p. 426. p. c.

517. Idem. infra P. fulmen. Beg. in th. D. Cr. Med. & Agn. N. 1489. differ. Band. l. c.

518. SACRA. MONET. AVGG. ET. CAESS. NOSTR. Typus & ſupra, in ar. ſin. ſtella. infra P T. Band. T. II. p. 24. T. I. ; Vaill. T. I. p. 253. non obvius. p. c.

519. Idem absque ſtella. Band. c. l. & p. 42. C. II. Agn. l. c. p. c.

520. Idem absque ſtella. infra S T. cum puncto. Band. c. l. p. c.

521. Idem absque puncto. Deeſt in Bandur.

522 Idem cum Stella in ar. ſin. Band. c. l. p. c.

523. Idem. cum Stella. infra TT. deeſt in Band. p. c.

524. Idem absque Stella. Band. c. l. & p. 42. C. II.

525. GENIO. POPVLI. ROMANI. Genius ſtans cum attributis. Band. tab. II. p. 17. C. II. p. c.

526. Idem. in ar. *. infra PT. Band. tab. II. p. 19. C. II. Agn. N. 1485. p. c.

527. Idem. in ar. Γ. infra * SIS. Med. p. 424. diff. paululum Band. p. 20. C. I.

528. IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANVS. P. F. AVG.

Epigr. prior. in ar. S. Typus Genii ſupra deſcriptus. Med. Beg. ad Flor. p. 80. deeſt in Band.

529. Idem. diff. infra F. S. Quem Band. p. 24. C. I. deſcribit, habet Γ. p. c.

530. Idem. infra H. T. B. Band. T. II. p. 21. C. II. Mihi videtur. H. Y. Є. In tribus his numis Genius liquorem e patera effundit.

531. Idem infra KS. Band. T. II. p. 40. C. II. p. c.

532. IMP. DIOCLETIANVS. AVG. Cap. laur. dextr. ad pect. cum lorica.

Epigr. prior. in ar * a ſin. infra P. L. C. Genius cum attributis aræ adſtans. Band. lit. A. pro ſtella exhibet. T. II. p. 19. C. II.

533. Idem. Cap. idem ſiniſtr. Absque ſtella, ſed lit. B. a ſiniſtr. in ar. infra PLC. Band. c. I. p. c.

M. VAL. MAXIMIANVS. HERCVL.

534. IMP. C. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. sin.

SACRA. MONET. AVGG. ET CAESS. NOSTR. Dea Moneta jam descripta super. A sin. in ar. * in imo P. T. v. Med. In Band. deest.

535. Idem. infra P. T. · * absque stella in ar.

536. Idem. infra S. T. ·

537. Idem. infra T. T. · * Band. T. II. p. 66. C. I. p. c.

538. Idem. in ar. sin. * Band. p. 85. diff. p. c.

539. Idem. infra & in ar. absque literis & signis.

540. CONSERV. VRB. SVAE. infra P. T. Templum sex columnarum, in cujus aditu Roma sedet galeata, a fronte vultu dextr. verso, tenens dextra globum, sinistra hastam. Eximius. Vaill. T. I. p. 257. Beg. th. Br. T. II. p. 782. Agn. N. 1509. & Med. qui diff. p. 435. Band. T. II. p. 57. C. I. Cim. Vind. p. 125. R. R.

541. Idem in imo TT. o. c. RRR.

542. Idem in imo AQS. RR. Band. p. 57. C. I. Cim. Vind. p. 125. RR.

543. GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. * a dextr. in imo P. T. Genius ſtans cum attributis. Med. Agn. N. 1518. Band. T. II. p. 61. C. I. p. c.

544. Idem in imo S. Band. p. 83. C. I. p. c.

545. Idem in ar. ſin. B. infra ſtella SIS. Band. p. 62. C. II.

546. Idem in ar. dext. K. a ſin.  in imo ANT. o. c.

547. Idem in ar. dextra S. in imo abſque lit. p. c.

548. FIDES. MILITVM. in ar. o. potius punctum a ſin. infra P. T. Mulier ſtol. ſedens manu utraque ſignum militare tenet. Agn. N. 1511. Beg. th. Br. T. II. p. 781. Band. T. II. p. 57. C. II. o. c.

549. Idem diff. paululum. p. c.

550. Idem infra S. T. Band p. 58. C. I. p. c.

551. Idem infra T. T. Band. c. I.

552. Idem aliquatenus diff.

553. FIDES. MILITVM. AVGG. ET. CAESS. NN.

Idem typus mulieris ſtantis. In imo H Q P. p. c. R R R. Vaill. p. 257.

554. Idem diff. poſt IMP. C. Vaill. c. I. RRR

555. Idem diff. cap. galeato cum lorica ad pect. dextr. Band. p. 58. C. I. RR. Cim. Vind. p. 125. RR.

556. IMP. MAXIMIANVS. P. AVG. GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. Γ.

———

in imo T.R. Genius ut ſupra. Band. T. II. p. 63. C. II. diff. cum ara.

557. Idem. diff. cap. cum lorica.

In ar. dextra S. a ſin. F. infra IITR. in Band. deeſt: ſimilem vero p. 63. C. II. exhibet cum palud. p. c.

558. IMP. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. ſin.

FELIX. ADVENT. AVGG. N. N. in ar. dextr. H. infra P K S. Mulier tunicata in pallio dextr. ſtans cum proboſcide, capitis tegmine, dextra labarum læva elephantis dentem tenet. A dextr. pro pedibus cubant leo & taurus. Band. T. II. p. 51. C. II. Vaill p. 257. R. R. Agn. N. 1510. exhibet infra P. K. B.

559. SACRA. MONET. AVGG. ET. CAES. NOSTR. in ar. V. in imo AQP. Dea Moneta cum attributis. Med. p. 433. Band. c. I.

560. Idem. infra AQP. absque lit. in ar. Band. T. II. p. 65. C. II.

561. Idem infra AQS. in ar. ſin. V. Band. p. 66. C. I. p. c.

562. Idem in ar. a dext. ſtella a ſin. A. infra SIS. Deeſt in Band.

563. GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. a dext. A. a ſin. * in imo TR. Typus Genii ut ſupra Band. p. 63. C. I. diff. antica.

564. Idem. diff. cap. ſub collo exprimitur H. in ar. B. Γ. infra T. R. Beg. th. Br. Med. diff. p. c.

565. Idem diff. cap. cum lorica dextr.

In ar. N. infra P. L. C. Genius aræ adſtat. Band. T. II. p. 61. Col. II.

566. Cap. laur. ad hum. ſin.

SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KART. infra * Mulier ſtol. ſingulari cap. ornamento &

vestitu peregrino, dextr. stans, utrisque manibus fructus tenet. Med. p. 434. ex Fæsch. diff. it. Band. p. 66. C. I. exhibet Δ. Vaill. T. I. p. 260 R. R. R. p. c.

567. Idem in ar. I. infra A. Band. c. l.

568. Idem absque signis monetalibus. Hic & primus desunt in Band. qui male corollam pro frugibus describit.

569. Idem in imo posticæ Γ. nec hunc Band. habet. p. c.

570. Idem in imo B. Band. c. l.

571. DN. MAXIMIANO. FELICISSIMO. SEN. AVG. Cap. laur. ad pect. cum trabea sin.: dextra ramum, læva volumen tenet.

PROVIDENTIA. DEORVM. QVIES. AVGG. in imo T. T. Typus ut in Dioclet. num. 510. Rar. Vaill. p. 260 Oisel. Med & Beg. th. Br. Agn. 1524. Band. T. II. p. 65. C. II. punctum a sin. ar. p. c.

572. Idem. in imo reversæ S. T. Rar. Band. l. c p. c.

573. Idem. in ar. a dext. S. a sin. F. infra A Q S. Band. T. II. p. 64. C. II.

574.

574. Idem, in imo Q. T.

575. Idem absque lit. in ar. infra P. T. a sin. areæ punctum. Band. c. l. p. 65. o. c.

576. DN. MAXIMIANO. BAEATISSIMO. SEN. AVG.

Epigr. ead. typus idem. A sin. in ar. punctum. infra S. T. Deest idem in Band. sed alium habet p. 65. cum BEATISSIMO. Agn. N. 1523. diff. infra p. c.

577. Idem. infra TT. Band. p. 65. C. I. o. c.

578. IMP. C. MAXIMIANVS. P. AVG.

GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. A. infra P. L. Genius jam descriptus. Band. p. 61. lit. B. delineat, hunc non habet. Agn. N. 1515. diff. in cap.

579. A. K. M. A. OYΛ. MAΞIMIANOC.

C∈B. Cap. laur. cum palud. sin. ad pect. Absque epigraphe. Mulier stol. dextr. stans, tenet dextra ramum, læva hastam transvers. In ar. a dextr. L. a sin. A. Band. p. 80. C. I.

580. IMP. MAXIMIANVS. AVG. Cap. laur. ad hum. sin.

Epigr. ead. Typus Genii ſtantis cum attributis. in ar. a dextr. B. a ſin. * infra TR. Med. p. 431. diff. reverſa. Band. T. II. p. 63. C. I. diff. averſa tam cap. quam epigr. in tribus ſimillimis ibi deſcriptis.

581. Idem. diff. inſcript. P. AVG. & cap. cum lorica.

Epigr. & typus prior genii, adſtantis ad aram. in ar. a ſin. B. infra PLC. Band. T. II. p. 61. C. II. p. c.

582. IMP. C. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum.

SAC. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. N. N. infra R ◡ S. Typus monetæ jam deſcriptus. Band. T. II. p. 66. C. II.

583. Idem in imo A ◡ S. potius R ◡ S. diff. typo & craſſitie a ſuperiori.

584. SACRA. in reliq. ead. epigr. infra S. cum fulmine. Band. p. 66.

585. DN. MAXIMIANO. P. F. S. AVG. Cap. laur. ad pect. cum lorica ſin.

GENIO. POPVLI. ROMANI. Typus Genii conſuetus. In ar. dextra S. a ſin. A. in imo PTR. o. c. Rar. Band. p. 62.

586. Idem. GENIO. POP. ROM. infra PLN.

Agn. N. 1519. exhibet in ar. a ſin. N. infra PLC. Band. p. 59. C. I. Rar.

587. DN. MAXIMIANO. FELICISS. SEN. AVG. Cap laur. ad pect. cum trabea ſin. dextra ramum læva volumen.

PROVIDENT. DEOR. QVIES. AVGG. in ar. dextra S. a ſin. F. infra RT. Mulier ſtol. a dextris ſtans, læva ſtolæ involuta dextram protendit: altera mulier a ſin. florem trifidum erectum dextra, læva haſtam tenet: ambæ vultibus ad ſe invicem converſis. In Band. non inveniendus. Semper Rarus.

CONSTANTIVS.

588. CONSTANTIVS. NOBIL. C. Cap. laur. ad pect. cum lorica ſin.

GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. a dextr. S. a ſin. F. infra PTR. Genius turrito cap. ſtans cum attributis. Band. T. II. p. 99. C. II. Agn. N. 1550.

589. Idem. ſed in ima parte ITR. T. II. p. 97. Col. I. ap. Band. p. c.

590. Idem. in imo IITR.

591. CONSTANTIVS. NOB. C.

Epigr. prior. Genius cum modio in cap. & pallio ab humeris pendente. Deest in Band. p. c.

592. Idem. in ar. S. F. infra PTR. Band. T. II. p. 99. C. II. cum cap. ad pect. cum lorica sin. p. c.

593. Idem cum cap. ad pect. palud. deest in Band.

594. Idem. cap. laur. ad pect. cum lorica, infra P L. C. Genius aræ ignitæ adstans dextr. cum patera & cornu cop. infundit liquorem. Band. c. I. diff. cum meus in ar. nullam Lit. habeat, nec stellam, quam Band. in ar. a sin. observat.

595. Idem. Cap. prius dextr.

in area dextr. S. a sin. F. infra IITR. Genius cap. turrito absque ara. Band. T. II. p. 101. C. I. diff. cap. & epigr.

596. IMP. CONSTANTIVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. sin.

SAC. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. N. N

in ar. sin. *. infra R P. Typus Monetæ. Band. T. II. p. 103. C. II.

597. HERCVLI. VICTORI. in ar. dextr. VI. infra SIS. Hercules nudus a fronte ſtans vultu dextr. converſo, dextra clavam humi poſitam, lævo brachio exuvias Leonis & manu tres globulos geſtat. Band. p. 101. C. I. RRR. Vaill. T. I. p. 265. RRR. Band. deſcribit in imo SISA. Cim. Vindob. p. 126. RR. p. c.

598. Cap. laur. & gal. dextr. ad pect. cum lorica, dextra ſpiculum, læva clypeum.

FIDES. MILITVM. AVGG. ET. CAESS. N. N. infra A. Q S. Mulier ſtol. dextr. ſedens, dextra ſignum militare demiſſum, læva erectum tenet. Band.

599. Idem cap. & ead. epigr. Mulier eadem ſtans utrisque manibus ſignum militare tenet.

600. Idem cum cap. laur. Band. Vaill. typo non bene deſcripto, an hic vel ſuperior ſit. RR. æſtimat p. 264. Cim. Vind. p. 126. RR. p. c.

601. CONSTANTIVS. NOB. CAES.

SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KART. infra Γ Mulier ſtol. dextr. ſtans, fructus utrisque manibus tenet. Med. p. 438. Beg. T. II. th. Br. p. 786. Band. T. II. p. 104. C. I. Non obvius. p. c.

602. Idem. Mulier eadem dextra fructus globulis similes, læva trifolium demissum tenet. Band. c. l. describit spicas. Non obvius. p. c.

603. SALVIS. AVGG. ET. CAESS. AVCTA. KART. infra Γ. Idem typus ac superior. Vaill. T. I. p. 265. RRR. Band. T. II. p. 103. C. II. diff. aversa epigr. o. c.

604. Idem. Mulier dextra florem trifidum, læva fructus tenet. RRR. deest in Band. p. c.

605. SAC. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. NN. in area *. a sin. infra RT. Typus Deæ Monetæ jam descriptus. Med p. 439. diff. aversa. & in ead. Band. T. II. p. 103. C. II. p. c.

606. SACRA. MONET. AVG. Absque literis & signis in imo & area. Idem typus. Band. diff. T. II. p. 110. C. II. v. Med. & Agn. N. 1554.

607. Idem. SACRA. MONET. AVGG. ET. CAESS. NOSTR. diff. in ar. & stella a sin. infra PT. Band. T. II. p. 103. C. I. o. c.

608. Idem diff. in imo PT. punctum absque stella in ar. Deest in Band. p. c.

609. Idem. infra AQΓ. in ar. sin. V. p. c.

610. Idem infra ST. in ar. sin. *. p. c.

611. Idem infra TT. in ar. sin. *. Band. 103. C. I. p. c.

612. SACR. MONET. AVGG. ET. CAESS. NOSTR. infra AQΓ. in ar. sin. VI. Band. p. 103. C. I. diff. paululum. p. c.

613. Cap. laur. ad hum. dextr.

GENIO. POPVLI. ROMANI. in imo T. R. in ar. a dextr. A. Genius cum cap. turrito. Band. T. II. p. 100. C. I. Beg. th. Palat. Med. diff. p. 437. ut & Agn. N. 1547. & 1548.

614. Idem. cum cap. laur. infra TR. in ar. dext. B. Γ. an sin. Band. T. II. p. 100. C. II. p. c.

615. Idem. infra T* Band. T. II. p. 99. 100. C. II. p. c.

616. Idem in ar. dextr. * infra P. T. Genius cum modio in cap. Band. c. l. p. c.

617. Idem. in ar. sin. A. infra *. SIS. Band. ib. p. c.

618. Idem. infra ST. Aut. cit.

619.

619. Idem infra ST. & in ar. dextr. *. alleg. Aut. p. c.

620. FELIX. ADVENT. AVGG. N. N. infra P.KT. Typus descriptus sub num. 558. Med. p. 438. diff. post. Vaill. T. I. p. 264. RR. Band. T. II. p. 9. RRR.

621. Idem in ar. dextr. Γ. p. c.

622. Idem in ar. dextr. H. infra ΓΚΓ. p. c.

623. Idem in ar. sin. H. infra PKΓ. Band. Cim. Vindob. p. 126. RR.

624. IMP. CONSTANTIVS. P. F. AVG. Cap. laur.

FIDES. MILITVM. in imo AQ.S. Typum quære sub num. 598. Med. Agn. N. 1546. Band.

625. Idem infra PT.

626. Idem in ar. sin. posticæ punctum. infra S. T. p. c.

627. Idem infra TT. Band. p. c.

628. FL. VAL. CONSTANTIVS. NOB. C. Cap. laur. ad hum. sin.

GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. dextr. S. a sin. B. Genius cum attributis. Band. hunc non habet.

629.

629. Idem, in ar. R. infra Ɛ. vel Є. Band. p. 101. C. I.

630. Cap. laur. ad hum. ſin.

GENIO. AVGG. ET. CAESARVM. NN. infra KB. Genius cum attributis dextr. ſtans. Band. Cimel. Vind. p. 126. RRR. p. c.

631. GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar ſin. Γ. infra ANT. Genius cum attributis dextr. ſtans, liquorem e patera effundit. Band. p. 97. C. I. delineat in ar. I.

632. Idem. infra TS. Numus exquiſite ſervatus. Band. p. 100. C. II.

633. CONSTANTIVS. NOB. CAES.

SACRA. MONET. AVGG. ET. CAESS. NOSTR. Mulier ſtol. dextr. ſtans, dextra bilancem, læva cornu cop. tenet. Infra AQΓ. Band. nec hunc nec ſeqq. protulit. p. c.

634. Idem. in ar. dextr. poſticæ luna bicornis a ſin. VI. infra A Q Γ. p. c.

635. Idem abſque luna & liter. in ar. In imo P T.

636. Idem. infra S T. cum puncto. Agn. N. 1554. Band. p. 103. C. I. diff. paul.

637.

637. Idem. in ar. dextr. ſtella: a ſin. B. infra SIS.

638. Idem. a ſin. Γ. quoad reliqua ut ſuperior.

639. SAC. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. N. N. infra R. T. intermedia luna bicorni. Typus ſuper. Band. p. 103. C. II. diff. in epigr. antica.

640. Idem. SACRA. Infra cum T. & clava. Band. l. c. deſcribit fulmen, & diff. inſcriptione cap.

641. GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. a ſin. A. infra PLC. Genius aræ ignitæ dextr. adſtans cum attributis. Band. p. 98. C. I. diff. in cap. cum lorica.

642. Idem. cum cap. laur. ad hum. ſiniſtr. In ar. poſticæ a ſin. B. infra PLC. Band. hunc non habet. paul. detr.

643. Imperator cap. laur. ad pect. cum lorica ſiniſtr. gerit dextra ſpiculum ſuper hum. dextro, læva clypeum.

Ead. epigr. idem typus. Band. ſimilem, ſed non eundem p. 98. C. II. deſcribit: deeſt potius ut & ſeq. apud illum.

644.

644. Idem cum cap. laur. ad pect. cum lorica dextr. Dextra exerta ſpiculum tenet. Band. diff. ex utraque parte. p. c.

645. Idem in ar. ſin. poſt. Δ. infra PLC. Deeſt in Band.

646. Idem cum cap. laur. ad hum. ſiniſtr. in ar. dextra R. infra Γ. Genius absque ara ut ſupra. Band. p. 100. C. II.

647. CONSTANTIVS. NOBIL. CAES. FORTVNAE. REDVCI. CAESS. NN. in ar. dextra B. a ſin. * infra TR. Mulier ſtol. dextr. ſtans dextra temonem rotæ impoſitum læva cornu cop. tenet. Band. c. l. Vaill. p. 264. RRR.

648. DIVO. CONSTANTIO. Cap. velatum & laur. ad pect. cum lorica ſin.

MEMORIA. FELIX. in imo PTR. Ara ignita inter duas aquilas, a fronte ſtantes expanſis alis roſtrisque in ſublime elatis. Rar. Agn. N. 1552. diff. infra PLN. Band. p. 102. C. I. Non obvius. p. c.

GAL. VAL. MAXIMIANVS.
Arment.

649. MAXIMIANVS. NOBIL. CAES. Cap. laur. ad hum. dext.

FORTVNAE. REDVCI. AVGG. N. N. in ar. sin. stella, infra BTR. Mulier stol. dextr. sedens, temonem dextra globo impositum, læva cornu cop. tenet. Quod Band. p. 134. C. II. navis rostrum delineat, non visitur. RR. p. c.

650. Cap. laur. ad hum. sin.

FORTVNAE. REDVCI. CAESS. N. N. In ar. dext. A. a sin. Stella. infra TR. Mulier stol. dextr. stans, dextra navis gubernaculum, læva duplex cornu cop. tenet: ad pedem dextrum rota. Quem Band. l. c. exhibet, diff. plane, ideo RRR. Vaill. T. I. p. 275. RRR. quoniam & ille diff. globum cum zonis pro rota describens. Cim. Vind. p. 127. diversum sistit RR.

651. GAL. VAL. MAXIMINVS. CAES.

GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. dext. S. a sin. Γ. Genius cum attributis. Band. p. 136. C. I. diff. in cap. inscript. NOB. C.

652. GAL. VAL. MAXIMIANVS. NOB. C.

Ead. epigr. in ar. a sin. Γ. in imo Stella SIS. Prior typus. Hunc Band. non habet, sed alium p. 138. C. I.

653. Ead. inscript. CAES. loco C.

Epigr.

Epigr. prior. infra HTB. Genius liquorem effundit. In Band. deest. sed v. l. c. Similem cum HTA.

654. Idem in ar. a sin. Γ. in imo TS. ap. Band. non extat. o. c.

655. Idem. in ar. a sin. Λ in imo ALE. Genius nudus stans in pallio cum modio in cap. ad aram ignitam & liquorem patera effundens. Beg. & Med. diff. Deest in Band. p. c.

656. MAXIMIANVS. NOBIL. C. Cap. laur. ad pect. cum palud. sin.

Prior. epigr. in ar. dext. S. a sin. F. infra ATR. Typus genii consuetus cum cap. turrito —

Band. p. 136. C. II. diff. lorica pro palud.

657. Idem cum cap. ad pect. cum lorica. in ar. ut supra. infra PTR. Band. p. 137. C. II. p. c.

658. Idem cum cap. galeato & laur. ad pectus cum lorica dextr. humero dextro spiculum, læva manu umbonem gerit. Deest. in Band.

659. Idem. Cap. laur. ad pect. cum lorica sin. Absque lit. & signis monetalibus, sed cum modio in cap. Genii. Band. p. 135. C. II.

660. IMP. C. VAL. VAL. MAXIMIANVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. ſin.

GENIO. IMPERATORIS. in ar. a ſin. €. infra . . . Genius ſtans cum attributis. Beg. & Med. diff. Agn. N. 1572. Band. T. II. p. 135. diverſos delineat: an inter illos ſit, dignoſci nequit.

661. MAXIMIANVS. NOB. CAES.

SAC. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. N. N. infra R. luna falcata & Q. Typus Monetæ conſuetus. Band. p. 140. C. I. rar.

662. Idem in ar. ſin. *. infra R Q. absque Stella. Band. c. l. Rar. p. c.

663. SACRA. MONET. AVGG. ET. CAESS. NOSTR. in imo P. T.. Moneta cum attributis. Med. Band. T. II. p. 139. C. II.

664. Idem in ar. ſin. *. infra T T. in Band. deeſt. p. c.

665. Idem. infra A Q Γ. Med. p. 442. diff. Band. c. l.

666. Idem. in ar. dext. *. a ſin. B. infra SIS. p. c.

667. Idem absque lit. in ar. & Stella. infra ST. p. c.

668. Idem. infra TT. Band. p. 139. 140. p. c.

669. GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. C. a dext. infra TR. Typus Genii consuetus cum cap. turrito. Agn. N. 1569. & 1570. diff. Med. vero in omnibus typis. Band. T. II. p. 138. C. II. a sin. areæ posuit Γ.

670. Idem in ar. dext. *. infra PT. Band. p. 137. C. II. p. c.

671. Idem. a dext. in ar. A. infra TR. Band. p. 188. C. I.

672. Idem. in imo Stella SIS. in ar. a dext. A. Band. p. 138. C. I. Agn. N. 1569.

673. FELIX. ADVENT. AVGG. N. N. in ar. dext. A. infra PKQ. Typus occurrit sub num. 558. Non obvius. Band. T. II. p. 134. C. I. Vaill. p. 275. T. I. diff. paululum. Non obvius. Agn. N. 1566. p. c.

674. SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KART. infra Δ Typus extat sub num. 601. Band. p. 140. T. II. C. I. Med. p. 443. Agn. N. 1573. Rar. o. c.

675. GAL. VAL. MAXIMIANVS. NOB. CAES. Typus idem. In ar. a dext. I. inſimo A vel Δ Rar. Band. p. 140. C. II.

676. GAL. MAXIMIANVS. P. F. AVG. GENIO. AVGVSTI. In ar. S. a. dext.
—
o
o tres globuli a ſin. KV. infra Typus Genii.
o —
Beg. th. Br. & Pal. Agn. N. 1561. in ar. dext. € infra MKY. deſcribit. Quem Band. T. II. p. 135. Col. II. deſcribit infra MKV. diff. in ar. Δ. Cim. Vindob. p. 127. diff. RR.

GAL. VALERIA.

677. Cap. Valer. laur. redimitum ad pect. cum ſtola ſin. GAL. VALERIA. AVG.

VENERI. VICTRICI. in ar. a dext. *. a ſin. ☽. infra RTB. Rar. Venus dextr. ſtans dextra pomum, læva elata ſtolam tenet. Med. p. 444. ex Fæſch. Vaill. & Agn. N. 1577. diſcrepant reverſa. Band. p. 147. C. II. diff. a parte cap. Cim. Vind. p. 127. RRR. o. c.

FL. VAL. SEVERVS.

678. IMP. C. SEVERVS. P. F. AVG. Cap. laur. ſin.

FI-

FIDES. MILITVM. Mulier ſtol. ſedens dextra ſignum militare inclinatum, læva erectum tenet. infra ST. in ar. ſin. punctum. Med. Severum nunquam obvium dicit. Band. p. 124. C. I. Rar. Agn. N. 1563. p. c.

679. Idem. infra TT. Band. c. l. Rar. p. c.

680. Buſtum cum galea, haſta & clypeo dextr.

FIDES. MILITVM. AVGG. ET CAESS. N. N. infra AQS. Typus prior ſtantis mulieris. Med. p. 449. in notam. ab Aut. filio. Band. T. II. p. 124. C. II. RR.

681. Idem cum cap. laur. ſin. Band. l. c. RR. p. c.

682. Idem cum cap. gal. & laur. ad pect. cum lorica, dextra haſtam ſuper humero, læva clypeum gerit dextr.

Infra AQP. Deeſt in Band.

683. SEVERVS. NOB. CAES. Cap. laur. ſin.

SAC. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. N. N. in ar. ſin. * infra RT. Typus Monetæ. Rar. Band. T. II. p. 126. C. I. Vaill. p. 273. rar.

684. Cap. gal. & laur. ad pect. cum. lorica dextr. læva clypeum punctatum, dextra ſpiculum ſuper hum. gerit.

VIRTVS. AVGG. ET. CAESS. N. N. infra A Q Γ. Imperator eques dextra haſtam, læva clypeum tenens, altero proſtrato jam hoſte ſub pedibus equi, alium intermedio umbone genuflexum impetit. Non obvius. Band. p. 126. C. I. Vaill. T. I. p. 273. Rar. & elegans.

685. Cap. laur. ad hum. ſin.

Epigr. ead. Mars cum cap. galeato, nudus, ſin. gradiens, pallio volitante, dextra haſtam transverſam, lævo humero trophæum geſtat. infra A Q Γ. Non obvius. Band. p. 126. C. II.

686. Idem. cap. epigr. habet CAESAR. pro CAES. in ar. dext. punctum. infra P T. p. c.

687. Idem. infra S. T. p. c.

688. Idem. infra T T. Agn. N. 1565. Band. p. 126. C. II. Stellam pro puncto exhibet in ar. non obvii. p. c.

689. FL. VAL. SEVERVS. NOB. CAES.

GENIO. AVGG. ET CAESARVM. N. N. in imo K A. Genius cum modio in cap. liquorem

rem effundens. pallio a brachio pendente, Band. p. 124. C. II. R R. Cim. Vind. p. 127. R R. p. c.

690. IMP. C. SEVERVS. P. F. AVG.

VIRTVS. AVGG. ET. CAESS. N. N. infra A Q S. Imperator eques, ut supra. Band. p. 126. C. II. Rar. Vaill. T. I. p. 273. Rar.

691. Idem. infra P. T.

692. Idem. infra S T. p. c.

693. Idem. infra T T. omnes rari. Hostis humi jacens a dext. in hoc numo dextra gladium protendit. Band. l. c. typum non bene expressit. p. c.

MAXIMINVS. DAZA.

694. GAL. VAL. MAXIMINVS. NOBIL. C. Cap. laur. ad pect. cum palud. sin.

GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. sin. * infra P L C. Genius cum attributis aræ ignitæ adstans. Band. p. 171. C. I.

695. GAL. VAL. MAXIMINVS. NOB. C. Cap. laur. ad pect. cum lorica sin.

Prior. epigr. in ar. a dextr. S. a sin. F. infra PTR. Figura genii. Band. p. 171. C. II.

696. IMP. C. VAL. MAXIMINVS. P. F. INV. AVG. Cap. laur. hum. sin.

GENIO. IMPERATORIS. in ar. sin. ⌣. in imo HPT. vel HTT. Typus Genii num. 689. descriptus. Agn. N. 1593. Band. p. 170. C. I. cap. inscript: in Dativo posuit. Rar.

697. GAL. VAL. MAXIMINVS. NOB. CAES.

GENIO. AVGG. ET. . . ESARVM. N. N. in ar. sin. *. infra KΓ. Typus prior. Beg. in th. D. Br. T. II. p. 793. diff. Band. T. II. p. 168. C. I. R.R. Med. p. 446.

698. MAXIMINVS. NOB. CAES.

SAC. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. N. N. in ar. sin. * infra R Q. Typus Monetæ. R R R. Quem Band. p. 172. C. I. describit, diff. planc. Vaill. p. 285. diff. etiam. R R R. Agn. N. 1559.

699. Cap. galeatum & laur. dextr. ad pect. cum lorica, dextra hastam læva clypeum punctatum gerit.

VIRTVS. AVGG. ET. CAESS. N. N. infra AQΓ. Idem typus, qui sub num. 684. extat. Hostis confossus jacet cum clypeo sub pedibus equi. Band. p. 173. C. I. exhibet CAESAR. in

anti-

antica. Non obvius. Vaill. p. 286. hos omnes raros dicit.

700. Idem cum cap. laur. ad hum. ſin. Band. c. l. Non obvius, potius Rar. p. c.

701. Idem Cap. eademque Epigr. Miles galeatus dextr. ſtans, dextra victoriam tenet, læva ſpiculum, ſimulque clypeo nititur: pedibus a dextris captivus adſidet retroſpiciens. Band. l. c. R R R.

702. Idem cap. cum palud.

Epigr. ead. infra A Q S. Mars galeatus in pallio, nudus, ſin. gradivus, dextra haſtam transverſ. læva trophæum gerit. Band. c. l. exhibet infra A Q T.

703. Idem cum cap. laur.

In imo poſticæ A Q Γ.

704. Idem. in ar. a dextr. poſticæ punctum. infra P T. Band. T. II. p. 173. C. II.

705. Idem. infra P T.

706. Idem cum cap. galeato & laur. ad pect. cum lorica dextr., haſtam gerit dextra ſuper humero, læva clypeum punctatum.

Abſque puncto in ar. poſticæ, infra A Q . . . In Band. vacat.

707.

707. MAXIMINVS. NOB. CAESAR. Cap. laur. ad hum. ſin.

Epigr. ead. in ar. a dextr. punctum. infra ST. Mars gradivus ut in ſuper. Band. p. 173. 177. C. II. Agn. N. 1597. diff. antica. p. c.

708. Idem. infra TT. deeſt in Band. p. c.

709. Idem infra TT. in ant. CAES.

710. IMP. MAXIMINVS. P. F. AVG.

GENIO. AVGVSTI. in ar. dextr. ◡ : læva Γ. in imo SIS. Genius cum attributis. Beg. & Med. differunt. Agn. N. 1592. Band. p. 167. C. II. & p. 70. diff. hunc non habet. p. c.

711. MAXIMINVS. NOB. C. Cap. id. cum palud. & lorica.

GENIO. POPVLI. ROMANI. in ar. *. infra PLC. Genius aræ adſtans cum attributis Med. p. 446. Beg. th. Br. p. 793. diff. averſa Band. T. II. p. 171. C. I.

M. AVR. VAL. MAXENTIVS.

712. MAXENTIVS. P. F. AVG. Cap. laur. ſin.

CON-

CONSERV. VRB. SVAE. absque lit. infra. — Templum ſex columnarum, in cujus aditu figura galeata a fronte vultu dextr. verſo ſedens, globum dextra, læva haſtam tenet. Vaill. Beg. Med. & Oiſel. diff. Agn. N. 1582. in Band. deeſt.

713. IMP. C. MAXENTIVS. P.F. AVG. CONSERV. VRB. SVAE. infra RIΩ. Typus prior. Med. & Beg. in th. Br. & D. Cr. & Agn. N. 1580. diſcrepant. In Band. hic & ſequens diff. p. 153. C. II.

714. Idem. infra R. B. S. diff. in decoratione templi. Agn. N. 1581. 1585.

715. Idem. in ar. a dextr. H. infra R B P. Band. T. II. p. 153. Col. II. absque H.

716. Eadem epigr. infra R P Q. Ad pedes Romæ viſitur Scutum appoſitum. In Band. deeſt. Agn. N. 1580.

717. Idem. infra A. Q. Γ. Templum quatuor columnarum cum Roma clypeo inſidente, quæ imperatori paludato a dextris ſiniſtr. adſtanti globum dextra porrigit: pro pedibus a dextris ſiniſtr. humi captivus ſedet revinctis manibus, quem Imperator læva haſtam tenens ſiniſtro pede

de calcat. Beg. T. II. th. Br. p. 795. & Med. p. 450. diff. infra. Vaill. T. I. p. 280. Rar. Band. T. II. p. 153. C. I. cum victoria ad utrumque templi cornu. & p. 152. C. II. Rar.

718. AXENTIVS. P. F. AVG. VRB. SVAE. infra R T. Typus idem Rar. v. cit. auct.

719. VICTORIA. AETERNA. AVG. N. infra MOST. T. Victoria gradiens dextr., dextra corollam, læva palmam gerit. Med. p. 450. diff. lit. N. Band. T. II. p. 155. C. II. Agn. N. 1586.

720. FIDES. MILITVM. AVG. N. infra

MOST. T. Typum quære num. 598. Med. l. c. deſcribit infra NOSTR. Vaill. T. I. p. 280. diff. typo. Band. T. II. p. 154. Col. II. rar.

721. AETERNITAS. AVG. N. infra MOST. P. Caſtor & Pollux a fronte vultu ad ſe invicem converſo pila & equos tenent ſtantes in pallio nudi. Beg. th. Br. II. p. 794. & Med. p. 450. diff. infra. Vaill. T. I. p. 279. Rar.

722. Idem. diff. conſerv. deter. Rar.

723. Idem. infra MOSTo. Rar. Vaill. Beg. & Med. c. l. rar.

724. Idem. infra MOST. Q. Agn. N. 1579. diff infra. Band. p. c.

725. M. VAL. MAXENTIVS. NOB. CAES.

SALVIS. AVGG. ET. CAESS. FEL. KART. in ar. a dext. H. infra Δ. Mulier ſtol. ſtans, dextr., dextra fructus, læva trifolium tenet. Band. p. 158. C. I. diff. typo & voce CAESAR. R R R. p. c.

726. IMP. C. MAXENTIVS. P. F. INV. AVG.

FIDES. MILITVM. infra AQS. Typus deſcriptus num. 598. Eundem Band. non delineat, ſed alium ob ſimilem cap. inſcript. R R R. dicit p. 154. C. II.

R O M V L V S.

727. IMP. MAXENTIVS. DIVO. ROMVLO. NV. FILIO. Cap. nudum Rom. ad hum. ſin.

AETERNA. MEMORIA. infra MOST. T. vel S. Templum apertis valvis, deſuper aquila ſiniſt.

ſiniſt. alis expanſis, roſtro dextr. verſo. Beg. th. Br. T. II. p. 795. Med. p. 452. Band. T. II. p. 159 C. II. multos habet, eundem non. Agn. N. 1589. Semper rar.

LICINIVS. Pater.

728. IMP. LIC. LICINIVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. ſin.

IOVI. CONSERVATORI. in ar. a ſin. $\frac{\Delta}{H}$. infra SIS. Jupiter in pallio nudus, ſtans dextr. tenet dextra fulmen, læva haſtam: pro pedibus adſtat aquila a dextris roſtro ſertum tenens ſiniſtrorſ. Med. diff in omnibus typis. Band. T. II. p. 185. C. delineat in ar. $\frac{\Delta}{M}$.

729. Cap. laur. ad pect. cum lorica.

IOVI. CONSERVATORI. AVGG. N. N. in imo TSΓ. Typus idem. Similes, ſed hunc non habet Band. p. c.

730. VAL. LICINIVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum. ſin.

GENIO. AVGVSTI. a dextr. in ar. * a ſin. B. infra SM. TS. Genius nudus cap. & corpore, dextra pateram, læva cornu cop. tenet, pallio brachio ſuperinjecto. Med. p. 453. diff. in epigr. rever-

reversæ. Beg. in th. Br. T. II. diff. utraque parte. Band. T. II. p. 184. C. I. Vaill. opin. v. T. I. p. 287. Rar.

CONSTANTINVS. M.

731. CONSTANTINVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. sin.

MARTI. CONSERVATORI. in ar. dextr. T. in læva F. in imo PTR. Mars galeatus & armatus, sinistr. stans, dextra hastam, læva Scutum humi positum tenet. Mediob. & Beg. diff. * & ibi alleg. Fæsch. Idem non extat in Band.

732. Cap. laur. ad pect. cum lorica sin.

Epigr. eadem. Cap. Martis galeatum cum lorica ad pect. sinistr. Med. & Beg. th. Br. & Palat. Agn. N. 1663. diff. antica. Band. p. 263. C. I. p. c.

733. CONSTANTINVS. NOB. CAES. Cap. laur. ad hum.

SAC. MON. VRB. AVGG. ET. CAESS. NN. in imo R Q. Corona intermedia. Typus Deæ Monetæ. Raritatis singularis. v. Vaill. Band. T. II. p. 266. C. I. RRR.

734. CONServ. VRB. SVAE. Templum sex columnarum, in quo Roma galeata sedet, dextra globum, læva hastam tenens. Band. T. II. p. 295. C. II. delineat CONSERVATORES. in imo R * Q. sed v. p. 296. C. I. Med. p. 459. ex Angellon. & Fæschio.

735. VIRTVS. AVGG. ET. CAESS. NN. Mars cap. galeato nudus in pallio volitante sinistr. gradiens, dextra hastam transverſ. lævo hum. trophæum gerit. Band. diff. cap. p. 266. C. II. infra A Q Γ. p. c.

736. Idem cum cap. galeato & laur. ad pect. cum lorica dextr., dextra hastam, læva clypeum gerit. In Band. deest.

737. Idem. In ar. post. a dext. punctum. infra ST. Band. diff. p. 266. cap.

738. Idem cum cap. laur. ad hum. sin. In ar. post. a dext. punctum. infra P T. Band. c. l. p. c.

739. Idem cum cap. laur. ad pect. cum palud. sed in post. sine puncto. In Band. non extat. p. c.

740. Idem infra T T. Band. p. 266. C. II.

741. Cap. laur. ad hum. sin.

Ead.

Ead. epigr. In imo T T. absque puncto & lit. in ar. Imperator eques paludatus & laur. haſtam dextra, læva clypeum geſtans, hoſtes duos ſub equo genuflexos & ſupplices ſiniſtr. impetit. Band. c. I. diff. typo & H. in ar. p. c.

742. Idem ad pect. cum palud. In imo poſt. S. T. & hoſtis a dext. gladio clypeoque armatus viſitur. p. c.

743. Idem. infra T T. Ambo hi deſunt in Band.

744. Idem. ad hum. cum palud. ſin. In ar. poſt. absque lit. infra AQΓ. Hoſtis a dext. humi proſtratus jacet, Band. p. 301. C. I. Cim. Vindob. p. 126. diff. R R R.

745. Cap. laur. ad hum. ſin.

VIRTVS. CONSTANTINI. CAES. infra AQΓ. Typus prior, ſed hoſtis a ſin. genuflexus & ſupplex viſitur. Deeſt in Band. o. c.

746. Cap. prius ſed cum palud.

Idem. Sed hoſtis a dext. humi ſedens, vultu ſiniſtr. converſo, ſupplex manus protendit, intermedio inter ambos hoſtes clypeo. Band. p. 266. C. II. hunc numum non bene deſcripſit, nec Vaill. p. 297. p. c.

747. Idem cum cap. laur. ad pect. cum lorica sin.

Hostis a dext, prostratus jacet: a sin. inermis, protensa dextra casurus conspicitur. Deest in Band, RRR. Cim. Vind. p. 129. RRR. p. c.

748. IMP. C. CONSTANTINVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad pect., cum lorica sin.

GENIO. POP. ROM. a dext. in ar. C I. a sin. $\frac{H}{S.}$ infra P. L. C. Genius cum modio in cap. ad aram stans cum attributis. Med. & Agn. N. 1637. 1638. diff. Band. T. II. p. 261. C. I. diff. cum paludam.

749. IMP. CONSTANTINVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad hum.

IOVI. CONSERVATORI. in ar. a sin. vel $\frac{B}{H}$ vel $\frac{X}{II.}$ infra SIS. Typus Jovis sub num. 728. descriptus. Deest in Band. nec est cap. Constantini M.

750. Idem. In ar. a dext. laurea, a sin. B. in imo SIS. In Band. vacat.

751. FL. VAL. CONSTANTINVS. NOB. C. GE-

GENIO. POP. ROM. In ar. a dext. S. a ſin. A. infra PTR. Typus Genii conſuetus. Band. p. 261. C. II. Agn. N. 1637. diff. in cap. epigr.

752. MARTI. PATRI. CONSERVATORI. in ar. a dext. S. a ſin. A. infra PTR. Mars nudus cap. galeato dextr. ſtans, dextra tenet haſtam, læva clypeo humi poſito innititur. Band. p. 263. C. II. non obvius. p. c.

753. MARTI. PATRI. PROPVGNATORI. In ar. lit. ut in priori. Mars nudus cap. galeato in pallio volitante ſin. gradivus, dextra haſtam transverſ. gerit, læva clypeum. Band. p. 264. C. I. non obvius. Agn. N. 1666. diff. cap. epigr. p. c.

754. PRINCIPI. IVVENTVTIS. in ar. lit. ut in anteced. Imperator laur. & paludatus dextr. ſtans, utrisque manibus ſignum milit. erectum tenet. Band. p. 265. C. II. exhibet in antica N. C. & ibid. alium ſiſtit, qui in antica habet NOB. C. & in ar. poſt. S. A.

755. Idem. In reverſa Imperator vultum ſin. vertit. Deeſt in Band.

756. Cap. laur. ad hum. ſin.

PERPETVITAS. AVGG. in ar. ſin. VI. infra SISΓ. Roma galeata clypeo dextr. inſidens, dextra Victoriolam tenet cum attributis, læva haſtæ adnititur. Singularis & RRR. Nullus apud Band. extat. Cim. Vind. p. 128. Anecdotus. o. c.

757. In honorem Conſtant. M.

Cap. Romæ galeat. ad hum. ſin: INVICTA. ROMA.

Lupa dextr. ſtans cap. reflexo cum Romulo & Remo, ſub ventre ſedentibus & ubera ſugentibus. Supra XL. infra TR.

CONSTANS.

758. DN. CONSTANS. P. F. AVG. Cap. diademate cinctum ad pect. cum palud. ſin. Retro collum A.

FEL. TEMP. REPARATIO. in ar. dext. A. læva *. in imo ASIS. Tenet Imperator ſiniſtr. ſtans in navi, paludatus, dextra victoriolam, læva Labarum cum Monogrammate Chriſti, Victoria alata puppi dextr. inſidente & remigante. Med. & Beg. in th. Br. & Pal. & ad Florum p. 318. diff. ut & Agn. N. 1776. Band. p. 358. C. II. exhibet in ar. poſticæ a dext. III. loco A.

759.

759. Idem. diff. in ar. dextr. A. in imo TRS. absque ſtella in ar. a dextr. Deeſt in Band.

760. Idem. diff. in imo TRP. Band. c. l.

761. Idem. in imo TST. deeſt in Band. p. c.

762. Idem. in imo AQT. Band. T. II. p. 358. C. II.

763. Cap. & epigr. prior absque lit. in ar. & abruptis in imo poſticæ literis. Typus ſuperior: loco victoriæ Imperator dextra Phœnicem globo impoſitum tenet. Agn. N. 1777. exhibet infra ſtellam & PLC.

764. Idem. Literæ in imo PLC. penitus adſunt Band. T. II. p. 357. C. II.

765. Ead. epigr. ſed. lit. in imo dignoſci nequeunt. Imperator galeatus, paludatus & loricatus, a ſin. dextr. ſtans, dextra jaculum, quo proſtratum equitem armatum perfodit, tenet, læva ſcutum, dextroque poplite provoluto equitis dorſo, pede lævo clypeo inſiſtit. Agn. N. 1781. Med. p. 479. ex Fæſch. diff. infra. Hunc Band. non deſcribit.

MAGNENTIVS.

766. DN. MAGNENTIVS. P. F. AVG. Cap. nudum ad pect. cum palud. sin. Ad collum A. retro caput a dextr.

GLORIA. ROMANORVM. exesis in imo lit. Eques armatus sinistr. vectus, dextra hastam, læva clypeum gerens, impetit hostem, elatis manibus ante equum in dorsum relapsurum. Sub pedibus equi clypeus & confracta hasta visuntur. Beg. th. Br. & Palat. Med. Agn. N. 1875.

767. Idem. in ar. reversæ a sin. * infra TRS. Agn. N. 1876. diff. paululum. Band. p. 405. C. I.

768. Cap. nudum ad pect. cum palud. sin.

SALVS. D. D. N. N. AVG. ET. CAES.

A ☧ ω. reliquis detrit. in imo forsan. SAL.

Med. p. 483. Beg. th. Br. T. II. p. 814. Band. diff. potius hunc non habet.

769. Idem. infra PAQ. vel R. Band. p. 405. C. II.

770. Idem. infra TAR. deest in Band. p. c.

771. Idem. infra. TRP. Agn. N. 1877. Band. p. 406. C. I.

772.

772. Idem. infra PPLC. Band. p. 405. C. II. epigr. poſt. paul. detrita.

773. IMP. CAE. MAGNENTIVS. AVG.

VICTORIA. AVG. LIB. ROMANOR. in imo R. . Imperator loricatus & paludatus, a fronte vultu ſiniſtr. verſo, dextra tenet labarum, in quo conſpicitur avis l. aquila alis expanſis, læva ramum, ſiniſtro pede captivum manibus poſt tergum revinctis humi ſiniſtr: ſedentem, conculcans. Beg. th. Br. & Pal. Med. & Oiſel. Agn. N. 1879. Band. p. 406. C. I. ſex recenſet.

774. CAE. MAGNENTIVS. AVG.

FELICITAS. REIPVBLICE. in ar. a ſin. A. infra TRB. ◡. Vir paludatus & loricatus dext. gradiens, dextra Victoriolam, læva labarum cum monogram. Chriſti tenet. Med. diff. averſa. Agn. N. 1872. Band. T. II. p. 404. C. I.

DECENTIVS.

775. DN. DECENTIVS. FORT. CAES. Cap. nudum ad pect. cum palud. ſin.

SALVS. D. D. N. N. AVG. ET. CAES. Monograma Chriſti. in ar. a dextr. A. a. ſin. ⳩ . Beg.

 th.

th. Br. Med. ex Fæſch. diff. averſa. Apud Band. non inventus.

776. DN. DECENTIVS. CAESAR. Cap. id. cum lorica.

SALVS. D. D. N. N. AVG. ET. CAES. in reliquis idem, infra TAL.° Band. diff. potius hunc non habet.

777. Idem. infra STAR. Band. diff. nec hunc delineat.

778. Idem. absque lit. infra epigr. paul. detriba. Iterum deeſt in Band.

FL. IVL. CONSTANTIVS. II.

779. DN. CONSTANTIVS. P. F. AVG. Cap. diademate cinctum ex lapillis & margaritis ad pect. cum palud. ſin.

FEL. TEMP. REPARATIO. in ar. a dext. Γ. in imo PAR. cum corona. Miles galea, thorace & clypeo armatus, haſta equitem retroſpicientem, ſupplicem & inſidentem dextr. proſtrato equo, perfodit. Med. Agn. N. 1815. usque 1823.

780. Idem. FE. . . . MP. RE.

in

in ar. Γ. infra CONSMS. vel CONSA * Agn. N. 1816. Band. p. 380. C. II.

781. Idem. diff. in imo T. S. A. in ar. a dext. A. retro caput, ut & in postica a dextr. & typo diversus, apud Band. non invenitur. Præstans conservatione.

782. Idem diff. in antica A. & postica A. a dext. in imo AQP. vel S. vel T. Band. p. 381. T. I. detr.

783. Idem. in ar. anticæ A. ut & in ar. a dext. posticæ A. infra PRR. . Band. T. II. p. 381. C. I.

784. Idem. retro caput Δ. in imo posticæ partis ALEΓ. absque litera in ar. posticæ. Band. p. 380. C. I.

785. Idem in ar. reversæ Γ. infra *. SMKΔ absque lit. in antica parte. Band. hunc non delineat.

786. Idem. Retro cap. lit. Δ exesa est, nec in imo post. literæ satis adparent.

787. Idem. rudis fabricæ. Retro cap. *. In ar. post. a dextr. II. & in imo PNIP. In Band. non extat.

788. Idem. absque lit. vel ſtella in antica. In poſt. a dextr. Γ. in imo SMNA vel Δ. Vacat in Band.

789. Epigr. ead. Retro cap. A. Imperator paludatus dextr. ſtans in navi, dextra Victoriolam, læva labarum cum monogr. Chriſti tenet. Retro a ſin. dextr. ſedet Victoria ad clavum. In ar. dext. III. a ſin. *. ſuper cap. Victoriæ. Infra PSIS. Band. hunc ignorat.

790. Idem cap. retro cervicem A.

HOC. SIGNO. VICTOR. ERIS. in ar. III. a dextr. Victoria tunicata, a ſiniſtris ſtans & læva palmam gerens coronat Imperatorem paludatum, dextr. ſtantem, labarum cum monogr. Chriſti dextra, læva ſcipionem tenentem, v. different. averſæ ap. Med. & Beg. in th. D. Cr. & Agn. N. 1828. Band. p. 383. C. II. & p. 384. C. I. quatuor recenſet. Rar.

IVLIANVS. APOSTATA.

791. DN. FL. CL. IVLIANVS. P. F. AVG. Cap. laur. ad pect. cum palud. ſin.

SECVRITAS. REIPVB. infra CVZG. ſic Γ. Taurus cum duabus ſtellis capiti & dorſo imminenti-

nentibus, gradiens a dextr. ſiniſtr. Med. & Beg. th. Br. differunt in imo. Vaill. hoc numiſma ad miſſilia vulgo Medalliones numerat. Agn. N. 1892. diff. Band. T. II. p. 431. C. II. hunc ad modulum ſecundum recenſet.

792. Eadem epigr. Taurus prior, ſed ante pedes a ſiniſtr. inſiſtit aquila globo a fronte expanſis alis, lauream roſtro tenens. Med. p. 497. Beg. th. Br. T. II. p. 821. Literæ in imo vel non expreſſæ, vel nullæ adſunt, mutil.

793. Idem. infra SCONST. Beg. c. l. Band. T. II. p. 432. C. I. Med. l. c. diff. p. c.

VALENTINIANVS.

794. DN. VALENTINIANVS. P. F. AVG. Cap. diademate cinctum ex lapillis & margaritis ad pect. cum palud. ſin.

VIRTVS. EXERCITV. in imo ANT. Δ. Imperator ſtans paludatus a dextris ſiniſtr. dextra labarum, læva globum tenens, captivum lævo pede proculcat ſupplicem retroſpicientem & prolabentem. Med. diff. Band. p. 462. C. II.

795. Buſtum cum palud. & diadem. ornatum.

REPA-

REPARATIO. REIPVB. infra S. M. A. Q. S. Imperator paludatus, dextr. gradivus, dextra mulierem cap. turrito erigit, læva victoriam globo inſiſtentem & imperatorem coronantem tenet. Agn. N. 1919. Med. diff. infra. Band. p. 461. C. II. p. c.

GRATIANVS.

796. DN. GRATIANVS. P. F. AVG. Cap. diadem. cinct. ad pect. cum palud. ſin.

REPARATIO. REIPVBL. idem typus eæd. lit. infra ut in anter. Victoriola tamen ſine corona viſitur. Beg. th. Br. & Pal. Med. Agn. N. 1964. usque 1968. Band. T. II. p. 485. C. I. II. & p. 489.

797. Idem, in imo SM. vel SMA. vel SMR.

798 Idem in imo S. CON. ex Fæſch. Band. c. I.

799. Idem. in imo LVGP. a ſin. in ar. S. Band. c. I. C. II. p. c.

800. Idem. infra TCON. Med. p. 509. Band. c. I. C. I. II.

801. Idem. infra *. BSISC. Band. p. 484. C. I. absque ſtella. p. c.

802.

VALENTINIANVS. Jun.

802. D. N. VALENTINIANVS. IVN. P. F. AVG. Cap. diadem. ornatum ad pect. cum palud. sin.

Epigr. ead. Typus idem ut in priori. infra. SMAQP. Beg. T. II. th. Br. p. 832. Med. p. 513. diff. epigr. Band. T. II. p. 494. C. I.

MAXIMVS.

803. DN. MAG. MAXIMVS. P.F. AVG. Cap. ut in præc.

Epigr. & typus prior. infra CON. diff. Victoria, quæ lauream Imperatori imponit. Med. Beg. th. Br. Agn. N. 1990. diff. infra. Band. etiam T. II. p. 520. C. I. exhibet in imo C. CON. p. c.

804. MAXIMVS. P.F. AVG.

RE. REIPVB. in ar. a sin. P. infra LVCS. Band. p. 520. C. I. Med. p. 514. in notam. ab ejus filio. Agn. c. l. paul. mutil.

805. Idem. in ar. P. absque liter. in imo. Hunc Band. non habet.

806. Idem. infra TCON. Band. c. I. absque lit. in ar.

ARCADIVS.

807. D. N. ARCADIVS. P. F. AVGVSTVS. Cap. ut in priori.

VIRTVS. EXERCITI. in ar. ☧ . a sin. infra CONSA. vel Γ. Imperator laureatus & paludat. uti sub num. 794. Beg. th. Br. T. II. p. 836. & Med. ex Patino p. 524. qui discrepant. Band. p. 532. C. II.

808. Idem. Cap. id. cum corona ex lap. & margaritis.

Ead. epigr. id typus. in imo ANTS. Band. p. 532. C. I.

ANASTASIVS.

809. D. N. ANASTASIVS. P. P. AVG. Cap. diadem. cinctum ad pect. paludat. sin.

*  C Band. T. II. p. 613. C. II. diff. in CON. latere C. Med. p. 555. similes profert. v. similem in Numophyl. reg. Christ. Tab 42. Band. adhuc superiorem p. 615. sub incerto modulo describit.

IV-

IVSTINVS. THRAX.

810. D. N. IVSTINVS. P. P. AV. Cap. diadem. cinctum ad pect. cum lorica & palud. sin.



in corolla vel ſerto : literæ in imo detritæ ſunt. Pro cruce ad latus ſin. etiam ſtella eſſe poteſt. Med. ſimilem p. 559. producit, ut & Band. T. I. p. 628.

IVSTINIANVS.

811. D. N. Juſtinianus. P. P. Aug. Juſtinianus cum galea criſtata ad pect. cum lorica, dextra globum cum ſigno crucis a fronte ſuſtinet, læva clypeum forſan gerit.

ANNO K XII. ſupra  infra A. v. Med. Band. p. 642. C. I.


812. D. N. IVSTINIANVS. P. P. AVG. Juſtin. cap. ſingulari diadem. ornatum ad pect. paludatum ſin.



Med. differentes ejusmodi typos exhibet. Agn. N. 2008. Band. diverſos, ſed non eosdem exhibet p. 638.

813. D. N. IVST. . . . NVS. P. P. AVG. Idem. ſub lit. M. Δ. & in ar. a ſin. B. viſitur. Ambo deſunt in Band.

814. DN. IVSTI AV. Idem cap. diadem. exornatum.




Agn. c. l. diff. lit. B. Band. T. II. p. 638. C. II.

CON

815. DN. IVSTIN . . P. P. AG. Cap. diadem. ornatum ad pect. cum palud. S. Monogr.



. paludamento inſculptum eſt.



Quem Band. & quidem R R R. 640. C I. deſcribit, diff. ab utraque parte. rar.

KART.

816. D. N. IVSTINIANVS. P. P. AVG. Cap. idem ac in primo huj. Imperat. numo: in clypeo eques conſpicitur. in ar. †. a ſin.



Med. plures, ſed diverſos profert. Band. p. 639. C. I. diff. in poſtica.

817.

817. Cap. diadem. ſplendido, quod ab inventore Juſtinianeum appellatus, ornatum: in ceteris cum priori idem.

A N N O ☧ M X Y Γ — CON. Medaglione. Beg. th. Br. T. II. p. 851. ſimiles exhibet & elegantiſſimos dicit. Med. p. 564. diff. anno Vaill. T. III. p. 269. Band. T. II. p. 636. C. II. diff.

818. DN. IVSTINIANVS. P. P. AVG. Idem. minoris formæ cum inſcript. AV. loco AVG. ita ꟿ

A N N O ☧ M X Y Δ II — CON. Band. l. c. p. 637. C. II. diff. NIKO in imo.

IVSTINVS. Jun.

819. D. N. IVSTINVS. P.P. AVG. A. fronte capitibus nimbo circumdatis duo Imperatores, habitu conſulari ſedentes, alter globum dextra a dextris crucigerum, tenent, a ſiniſtris alter ſceptrum crucigerum læva in gremium demiſſa.

A N N O ☧ M II B II — CON. Med. p. 570. diff. ex Conſt. Chriſt. Band. T. II. p. 652. C. I. anno III. lit. S. & infra NIKO. diff. rar.

820. . . VTCI CV. . . .
Duo Imperatores paludati & nimbis adornati, globum conjunctis manibus crucigerum afronte dentes tenent : uterque sceptrum gerit a dextris dextra, a sinistris læva manu, detritis infra literis.

ANNO  Ϛ ıↃ Med. p. 571. & Band. p. 653. T. II. C. I. similes delineant, & in imo THEVPO.

821. LANGCC. Duo Imperatores sedentes, ut in superiori.


ANNO  G III. Band. T. II. p. 653. C. II. & Med. p. 564. differunt ab utraque parte.
THEVP.

MAVRITIVS.

822. D. N. MAVR. TIBER. P.P. AVCI. Cap. galeatum crista & taeniis exornatum a fronte ad pect. cum lorica, dextra globum crucigerum, læva clypeum gerit.

ANNO  GI II Bandurianus p. 666. C. I. descriptus plane differt.
CON.

823. D. N. MAVPIC. N. PAVT. Cap. a fronte ad pect. habitu consulari præstantissime decoratum & diadem. cinctum, dextra globum, læva sceptrum, cui aquila insidet, tenentis Mauritii.



Med. diversos exhibet. Band. p. 666. C. II. discrepat ab utraque.

824. D. N. MA. . . . ER. P. AVG. Cap. cum stemmate cristato, ad pect. loricatum, dextra globum crucigerum, læva clypeum gerentis Mauritii.



Band. T. II. p. 666. C. I. diff. paululum in cap. inscriptione & anno IIII.


825. D. N. MAVRIC. TIBER. P. F. AVG. Duo Imperatores sedentes, major globum crucigerum, minor crucem tenet: super utriusque caput crucicula visitur, nimbo forsan circumdatum.



Med. plures describit. Band. T. II. p. 666. C. I. typo similem quoad anticam partem delineans, dicit rariss.

FOCAS.

826. D. N. TOCA. NEP€.
a dextris adhuc CANEPF. Imperator & Imperatrix cum ſtemmatibus crucigeris, dextra globum crucigerum, læva veſte involuta, ſtantes tenent a fronte, vel Leontia imperatrix dextra cruciculam gerit.



Band. T. II. p. 673. C. II. ſimillimum exhibet. Rar.

Numus eſt bis cuſus, nec adeo ſervatus, ut veſtitus accurate delineari poſſit. Inter capita crucicula viſitur, & figuræ, numo converſo, dupliciter apparent.

HERACLIVS.

827 ϽϽNNF.

Duo Imperatores palliati ſtantes a fronte, alius major alio dextra globum tenent, crucicula intermedia, crucigerum, læva non adparente, vel pallio involuta.



Med. p. 583. & Band. T. II. p. 685. C. I. paululum differunt ex ære medio.

828. Absque epigr. Tres Imperatores palliati a fron-

a fronte ſtantes, & quidem in medio major, dextra globum crucigerum tenent. Inter duos Imperatores ſemper crucicula ſuperius viſitur.



Band. T. II. p 685. C. II. ſimiles deſcribit annis & urbibus monetalibus diverſos ex ære medio.

CONSTANS. ſ. CONSTANTINVS.
Heraclii Conſtantini fil.

829. Absque epigr. Duo Imperatores cum ſtemmatibus crucigeris in capite, ſtantes a fronte, major habitu militari, læva ad latus compoſita, dextra haſtam tenet, minor palliatus dextra globum crucigerum: inter capita crucigerum: inter capita crucicula viſitur.



Band. T. II. p. 690. C. I. ſimilem delineat, anno tantum diverſum.

LEO. ISAVRVS.

830. ✝. LЄOh bASILЄVS. ROM. Imperator a fronte ad medium corpus paludatus, crucigero ſtemmate ornatus, dextra paludam. involuta, læva volumen tenet.

† LЄOh. Єh. ΘЄ ω. BACIL ЄVS. ROMЄOh. in medio numo & quatuor lineis Beg. th. Br. T. II. p. 858. Med. vero hoc numisma ad Fl. Leonem M. explicat. p. 545. Band. T. II. p. 728. C. I. sub Leone sap. alias VIto.

ROMANVS. LACAPEN. cum Constantino VII. Porphyrog. & Alexandro, filiis Leonis.

831. ROMAh. BACILЄVS. R ω M. Imperator a fronte ad medium corpus paludatus, crucigero cum diadem. exornatus, tenet dextra sceptrum, læva globum cum cruce.

In medio numo quatuor lin: †. R ωMAh. Єh. ΘЄω. BACILЄVS. RVMAIωh. Beg. th. Br. Band. p. 735. C. II.

IOANNES. ZIMISCES.

832. X. ЄMMANOYHΛ. a dextris ar. in lin. recta. IC. a sin. XC. Protome Christi a fronte palliata, vel potius Cap. Christi nimbo circumdatum, læva Evangelium tenentis ſ+IhS YS KRISTYS. bASILЄY bASILЄY-ſ

v. Beg.

v. Beg. T. II. th. Br. p. 864. Band. p. 738. C. I. in medio numo quatuor lineis.

833. Idem. epigr. cap. exesa: infra visuntur quatuor puncta o o o o

834. Idem epigr. cap. exesa distinguitur infra per majusculum punctum unicum o.

835. Idem in reversæ superiori & inferiori parte ≺⊙≻ conspicitur: a dextra anterioris partis in pallio litera Λ sic incusa videtur.

836. Idem a dextr. in aversa IC in reversa IC decoratione differt.

837. NOYHΛ.

